V 763

HESIODI CARMINA

RECENSUIT

ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

CAROLUS GOETTLINGIUS.

EDITIO TERTIA

QUAM CURAVIT

IOANNES FLACH.

Ca 29. 6.

K. K. GYMNASIALBIBLIOTHEK FREISTADT

K. K. STAATSGYMNASIUM FREISTADT

LIPSIAE,
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

CAROLO LEHRSIO

ET

VILHELMO HARTELIO.

Praefatio editoris.

Goettlingiani Hesiodi tertiam ut curarem editionem cum abhinc quadriennium ab honestissimo librario admonitus essem, opus quod primo adspectu homini Hesiodi carminum studiosissimo neque arduum neque iniucundum videbatur esse, suscipere ne parumper quidem dubitavi. Confidebam enim in hoc opusculo conficiendo non multum sudandum esse, librario ipso alteri Goettlingii editioni me quam maxime parcere iubente, neque dubitabam, quin libellus diutius iam exspectatus, omnibus videlicet priorum editionum exemplaribus divenditis, amicos mihi esset conciliaturus exoptatissimusque viris doctis foret. Quarum altera quidem spe magnopere falsus sum.

Primum enim non paucas adnotationes ad certas quasdam quaestiones spectantes, simulatque novam curaturus editionem penitus perspicere planeque cognoscere coepi, integras non relinquendas esse me quamvis consilium redemtoris memoria retinentem fugere non poterat: quo potissimum multa eorum quae de rebus etymologicis mythologicisque, de variis recensionibus, de re grammatica, de sermonis proprietate, de pristina carminum forma adnotata erant refero, quae omnia fere hac tertia editione tollenda erant.

Deinde autem, quia nonnullis in rebus partim cum Goettlingio consentiebam, partim ab eius sententia discedebam, eas formulas quibus et assensio et dissensio sic exprimeretur accurate, ut superiores notas haud interruptas contexere liceret, non semper mihi extemplo invenienti nova inde difficultas profecta est, quod ego ipse commentationes meas, quas de quaestionibus Hesiodeis conscripsi, quanquam ne omnia quidem quae enucleavi accumulare in animo habebam, silentio prorsus praetermittere non poteram, quo quidem factum est, ut saepius qua meas ratione afferrem sententias ignorarem. Itaque

in ipsorum carminum commentariis, praesertim cum Schoemanni quoque et Lehrsii, virorum de carminibus Hesiodeis illustrandis omnium optime meritorum, aliorumque dissertationes usquequaque adhiberi oporteret, fieri non poterat, quin multa non sine magna opera aliam induerent formam; quod num omnibus pariter placeat nescio. Hoc utique omnes laudabunt, multo maiorem me Goettlingio operam in scholiis adhibendis, augendis, emendatius subscribendis collocasse, atque literam digammatis fatalem emunctasque quorundam criticorum nares foede vexantem textu removisse marginique subiecisse. Idem vero pertinet etiam ad Certaminis Homeri et Hesiodi textus recognitionem, quae quod ad Nietzschii recensionem in Actis Phil. Lips. I. p. 1 seq. publicatam vix uno alteroque loco mutato sit instituta, neminem aegre laturum spero.

Aliae autem alterius Goettlingii editionis partes intactae fere remanserunt. Ad fragmentorum enim collectionem pauca adieci, quae uncis quadratis [ ] seclusa perspicue signavi, inprimis ea, quae ipse Goettlingius in duobus spicilegiis iam collegerat, neque Catalogi Eoearumque distinctionem a Schoemanno ad exemplum Marckscheffelii factam imitari neque ab ordine ac dispositione, qua Goettlingius usus erat, aberrare ausus sum, eorum quae ipse vir doctissimus praef. p. LXV. monuerat non immemor: „Sed duabus praecipue de causis non prorsus eum ordinem mutare volui, quem non prorsus imprudens institueram: primum enim tam lubricum est negotium fragmenta ordinare ut assensum ferre vel paucorum difficile sit; deinde si plane novum ordinem excogitassem, verendum erat, ne iterum etiam in hac re in me excitarem apium et fucorum vel aculeos vel bombos, qui regis semel iudicio de libro meo interposito sic in me involarunt, ut tacere satius ducerem quam Ciceronis dictum meo etiam exemplo confirmare: aculeum apis sine clamore ferre non possumus.“

Etiam in constituenda carminum lectione Goettlingium vestigiis persequi studui, coniecturis seu ab aliis seu a me propositis quam maxime abstinens. Ut nihilo minus ducentis fere quadraginta locis a Goettlingii textu discedendum esse putarem, adductus sum et meliorum codicum notitia, quam ante omnes Koechlyus et Kinkelius nobis aperuerunt, et nova optimorum codicum, velut Med. XXXI, 39, XXXII, 16 Paris. 2771 collatione, quam iisdem viris doctissimis debemus, quanquam et ipse nobilissimos libros perlustravi, et novis subsidiis, quae nunc demum cum alii grammatici linguas Indogermanicas comparantes e thesauris suis nobis arcessiverunt, tum etiam Aloisius Rzachius, investigator dialecti Hesiodeae nescio an omnium sagacissimus.

Neque minus in Prolegomenis Goettlingii disputationes moderatiore animo servare mihi erat propositum, imprimis eam, qua de vita Hesiodi agitur particulam, quoniam quae post Marckscheffelium et Goettlingium de hac quidem re viri docti elaboraverunt, memoratu vix digna videbantur esse. Neque vero unquam, cum tanta sit obscuritas aetatis Hesiodeae, fore puto, ut plus quam hodie scire possimus; fabellas autem aniles proferre nescio an prudentes homines taedeat. Perpauca igitur mutavi, nonnulla addidi, velut testimonia veterum, quae Goettlingii subtilitatem fugerunt, et criticorum recentioris aetatis iudicia, maxima autem ex parte notas textui subiectas, alia omisi, in quibus Goettlingium errasse inter omnes intellegentes satis constat, velut ea, quae de dialecto Hesiodi et de alliterationis figura explanasse interpretando sibi visus est, alia denique correxi. Accesserunt autem aliquae particulae denuo pertractatae, elegantius expolitae, locupletius exornatae de fragmentis, de codicibus manu scriptis, de editionibus, de auxiliis interpretationis, quo quidquid praesto erat materiei, attuli, maius fore litteris emolumentum ratus, si omnia, quae de carminibus Hesiodeis scripta novimus, ordine enumerarentur atque in singulas materiae partes bene distribuerentur, quam si quaecunque de poëmatum compositione, de strophis carminum, de versibus spuriis et genuinis, de fabularum interpretatione allegorica viri docti interdum hariolati essent, irrito labore coacervarentur.

Ad haec igitur capita revocamus eos, quorum res Hesiodeas subtilius explicari interest, quos nostris quidem temporibus paucos esse dolens scio.

In apparatu denique critico ex diversissimis fontibus componendo id potissimum egi, ut viam prioribus Goettlingii editionibus indicatam omnibusque probatam quam diligentissime observarem, quanquam nullam earum quidem dissertationum, quas post eius aetatem de pervestigandis codicum lectionibus et de emendanda librorum scriptura viri docti composuissent, praetereundam esse censebam. Itaque omnium quoque quae posthac iuris publici

factae sunt editionum curiosissimus, Schoemanni potissimum, Vollbehrii, Lennepii, Koechlyi-Kinkelii, Paleii, Welkeri respexi textum, et quidquid memorabile videbatur esse, apparatui Goettlingiano adieci. In quo non taceo neque tacendum puto, Theogoniae mihi scripturae adminiculum neque futile neque superfluum inde exortum esse, quod et Ioannis Diaconi Allegoriarum, quibus illustrandis nova ex codicibus antea non collatis auxilia reperire mihi contigerat, et anonymi auctoris exegeseos Byzantiae, quam nuper e bibliothecae Vaticanae et Casanatensis thesauris erutam in aspectum lucemque protuli, et ipsius scholiastae Vaticani lectiones cum industria perscrutatus eram. Quibus omnibus rebus meum apparatum ex parte perfectiorem meamque Goettlingii, Schoemanni, Koechlyi-Kinkelii recensione multo certiorem esse redditam confido.

Ne omnibus haec nova editio displiceat, non vereor, quanquam multi critici hodiernis temporibus de carminibus Hesiodeis verba faciunt, quos ne legisse quidem carmina prudentioribus exploratum est; satis habebo, si nonnullis placeat; gaudebo, si paucis iisque intellegentioribus, inprimis Lehrsio, praeceptori dilectissimo, viro omnium qui hodie vivunt *ἐπικωτάτῳ*, ingeniique acumine Aristarcho Alexandrino vix concedenti, et Hartelio, viro doctissimo, qui studiis suis Homericis novum nobis atque expeditissimum ad quaestiones metricas solvendas aditum acerrimo praeditus ingenio comparare ausus est. Velim memores sint illius Galeni dicti: *χαλεπὸν μὲν ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα.*

Scribebam Tubingae d. I. mens. Nov. MDCCCLXXVII.

Prolegomena.

I. De vita Hesiodi.

In describenda Hesiodi vita id maxime dolendum est, quod deperditi sunt libri Heraclidae Heracleotae, de quibus Diog. Laert. V, 92 mentionem fecit (*Χαμαιλέων τε παρ' ἑαυτοῦ φησι κλέψαντα αὐτὸν τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψαι*), Cleomenis, cynici philosophi, quem Clemens Alexandr. Strom. I. p. 300 Sylburg. laudavit (*τὸ δ' ἐγγύα. πάρα δ' ἄτα Κλεομένης μὲν ἐν τῷ περὶ Ἡσιόδου Ὁμήρῳ φησι προειρῆσθαι διὰ τούτων „δειλαί τοι δειλῶν τε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.“* Cf. Fabric. Bibl. I. p. 573 Harles.), Autodori vel Apollodori grammatici, quem allegavit Cramer. Anecd. Ox. IV. p. 310 (*φασὶ δὲ Αὐτόδωρον τὸν Κυμαῖον πρῶτον ἐπιγεγραφέναι αὐτὸν γραμματικὸν σύγγραμμά τι γράψαντα περὶ Ὁμήρου καί Ἡσιόδου.* Cf. Classen. de grammat. Gr. prim. p. 8).

Breviter enim, ut a patria exordium faciamus, Suidas: *Ἡσίοδος*, ait, *Κυμαῖος, νέος δὲ κομισθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Δίου καὶ μητρὸς Πυκιμήδης ἐν Ἄσκρῃ τῆς Βοιωτίας κ. τ. λ.* Paulo amplius Strabo XIII. p. 622 fabulam de Cymaea poetae origine narravit Ephorum compilans. Paucis autem Hesiodi vitam attigit Stephanus Byz. v. *Κύμη: ἐντεῦθεν ἦν Ἔφορος ὁ ἱστορικὸς καὶ Ἡσίοδος Κυμαῖοι.* Sunt etiam ex recentioribus qui Cumaeum dicunt (in quibus I. H. Vossium esse mireris, v. Alte Weltkunde p. XX., et Schoellium Hist. lit. Graec. T. I. p. 130), quanquam hi ex ipsis Hesiodi poematis discere poterant Ascrae in Boeotia, oppido quadraginta stadia a Thespiis sito (Eustath. ad Il. p. 266), cuius nullae nunc reliquiae supersunt, natum esse auctorem Operum. Nam Oper. v. 650 sq., quibus in hanc rem usus est auctor Certam. Homeri et Hesiodi (V. p. 359; Westermann. Biogr. Gr. p. 35), ita legitur:

οὐ γάρ πώποτε νηΐ γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος.

Unde satis patet Hesiodum nondum fuisse natum, cum eius pater Cuma Aeolensium Ascram Boeotorum venisset (v. Oper. 636), ut ibi domicilium poneret[1]).

Ascram patriam Hesiodi testantur poetae antiqui tantum non omnes. Sic Chersias Orchomenius, quem titulum inscripsisse tumulo Hesiodi dicebant Orchomenii, Pausaniae coaevi. V. Pausan. IX, 38, 4:

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει
Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται
ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης,

Atque longe probabilior est sententia, quae Chersiae hoc epigramma, quam ea, quae Mnasalcae tribuit (v. Brunck. Anal. I. p. 193 et Anthol. Pal. VII, 54). Hoc enim tum ex eo elucet, quod Mnasalcas Dorica dialecto in ceteris epigrammatis usus est, quam veram esse ipsum eius nomen testatur, tum eo, quod Aristoteles, siquidem Aristoteles est auctor epigrammatis (v. Brunck. Anal. I. p. 178), Mnasalca sine dubio antiquior, pentametro usus est hoc:

ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει,

sublecto veteri poetae, Chersiae, ut videtur. Hesiodi denique patriam praeterea testantur hi poetae: Demiurgus in Anthol. Pal. VII, 52 (Antipatro Sidonio idem epigramma tribuitur in codice Matrit. XXIV. apud Iriart. Bibl. Matr. p. 97): *Ἑλλάδος εὐρυχόρου στέφανον καὶ κόσμον ἀοιδῆς Ἀσκραῖον γενεὴν Ἡσίοδον κατέχω*; Nicander Ther. 11 seq.: *Ἀσκραῖος μυχάτοιο μελισσήεντος ἐν ὄχθαις Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασιν Περμησσοῖο*; Moschus III, 88: *Ἄσκρα μὲν γοάει σε πολὺ πλέον Ἡσιόδοιο*; Vergilius Ecl. VI, 70: Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat, cantando rigidas deducere montibus ornos, (quod unus Vergilius commemorat); Georg. II, 170: Ascraeumque cano Romana per oppida carmen (ubi v. Servii

---

1) Versus Oper. 646—662 ad vitam Hesiodi describendam nihil proficere intellexit Plutarchus, cuius de iudicio Proclus ad h. v.: *ταῦτα πάντα περὶ τῆς Χαλκίδος τοῦ Ἀμφιδάμαντος καὶ τοῦ ἄθλου καὶ τοῦ τρίποδος ἐμβεβλῆσθαί φησιν ὁ Πλούταρχος οὐδὲν ἔχοντα χρηστόν. — πάντα οὖν ταῦτα λήρωδη λέγων ἐκεῖνος ἀπ' αὐτῶν ἄρχεται τῶν εἰς τὸν καιρὸν τοῦ πλοῦ συντεινόντων, ἤματα πεντήκοντα λέγων.* Plutarcho adstipulati sunt cum Twestenio et Bernhardyo Lehrs. Quaest. ep. p. 209. Steitz. Werk. U. T. p. 159. Bergk. Lit. Gr. I. p. 918. 920 not. E Lehrsii sententia versibus v. 646—662 altera versuum 618 seq. recensio continetur. Et ne ipse quidem Goettlingius in diiudicandis versibus Hesiodeis, quos citavimus, fallebatur.

comm.); Ovidius a. a. II, 4: praelata Ascraeo Maeonioque seni; Fast. VI, 14: non quas praeceptor arandi viderat, Ascraeas cum sequeretur oves; Amor. I, 15, 11: vivet et Ascraeus, dum mustis uva tumebit (cf. Ovid. a. a. I, 27 nec mihi sunt visae Clio Cliusque sorores servanti pecudes vallibus, Ascra, tuis); Propertius II, 10, 25: nondum etiam Ascraeos norunt mea carmina fontes, sed modo Permesi flumine lavit Amor.; poeta anonymus apud Steph. Byz. s. v.: *Ἄσκρα τὸ ἐθνικὸν Ἀσκραῖος Ἡσίοδος καὶ „ἀπ' Ἄσκρηθεν.“*

Verum civitatem, quanquam gente cognati, non videntur patri dedisse Ascraei, ita ut propter egestatem (Oper. 638) *ἀτίμητος μετανάστης* esset. Sic enim audiebant antiquis temporibus qui postea *μέτοικοι* dicebantur; v. Homer. Il. IX, 648, quem recte sic intellexit Aristoteles Polit. III, 3: *λέγεται μάλιστα πολίτης ὁ μετέχων τῶν τιμῶν, ὥςπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν· ὡςεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην· ὥςπερ μέτοικος γάρ ἐστιν ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων.* Postea vero opes adauctae esse videntur, nam Hesiodus in Helicone oves pascebat (sic enim prooemium Theog. 23), et, patre mortuo, cum litibus hereditariis, quas Perses frater ipsi intenderat, iudicum fraude pravaque sententia cecidisset, fratri, quanquam litigioso, de suo dedit. Hoc testantur Oper. v. 396 sq.:

ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες· ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω,
οὐδ' ἐπιμετρήσω.

Hinc Ascra relicta per partes quasdam Graeciae migrasse videtur. Versus enim Oper. et Dierum, quibus, ut cum C. Velleio Paterculo I, 7 loquar, patriam, quia multatus ab ea erat (nempe in causa cum fratre acta), contumeliosissime testatus est[2]) sunt v. 639. 640:

νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ,

non scripti sunt Ascrae, sed alias, fortasse Orchomeni[3]). Orchomenii enim secundum fabulam antiquam, de qua post

---

2) Haec non satis intellexit Harlesius ad Fabricii bibl. Gr. I. p. 572 corrigens in Velleio: quia pater multatus erat.

3) Alio modo iudicat Bergk. p. 928 not. 6: „Hesiod Oper. 635, wo ganz deutlich auf einen an der Meeresküste liegenden Ort hingewiesen wird; schon desshalb ist nicht an Orchomenos zu denken.“ Bergkius ipse et propter Dorica Hesiodeae elocutionis vestigia et propter fabulam de Hesiodo prope Naupactum interfecto et propter carmina Aigimii et Catalogi Locrensium mores et instituta prae se ferentia, Naupactum alterum Hesiodi domicilium fuisse suspicatus est. Ascra relicta Aulidem Hesiodum venisse aliis de causis conclusit Flach. in Herma VIII. p. 457—467.

dixerimus, ossa poetae ad se transtulerunt, ea ad se pertinere proprie testantes. Certe Pausanias I, 2, 3 quo nitatur, cum migrationem respuisse Hesiodum ita dicit: *Ἡσίοδος δὲ καὶ Ὅμηρος ἢ συγγενέσθαι βασιλεῦσιν ἠτύχησαν ἢ καὶ ἑκόντες ὠλιγώρησαν, ὁ μὲν ἀγροικίᾳ* (quod non recte vertitur „agriculturae amore" a Rankio de Hesiod. Oper. et Dieb. p. 26) *καὶ ὄκνῳ πλάνης*, plane nescio, nisi respexit Oper. v. 630, qui migrationem tamen per Graeciam non excludit.

Haec sunt, quae quis de Hesiodi vita ex iis carminibus discat, quae huic poetae adscribuntur. His additae sunt postea narrationes commentitiae a logographis et ab Ephoro, et fabulae quaedam in Hesiodum translatae sunt, quae non de ipso poeta intellegendae erant, sed de secta epicorum, quam et ipse sequebatur et quae postea ab eo nomen duxit. Ac primum quidem e logographis Hellanicus, Damastes, Pherecydes Hesiodi gentem pertinere ad Orpheum dixerant. Sic enim Proclus in chrestomathia grammatica (v. Bekkeri praef. in schol. Ven. p. I., Thiersch. Act. Phil. Mon. II. p. 576, Bibl. Vet. Lit. et Art. I. p. 8, Westermann, l. l. p. 25, Müller. Fr. hist. I. p. 46, cf. Lobeck. Aglaoph. p. 322): *Ἑλλάνικος δὲ καὶ Δαμάστης καὶ Φερεκύδης εἰς Ὀρφέα τὸ γένος ἀνάγουσιν αὐτοῦ· Μαίονα γάρ φασι τὸν Ὁμήρου πατέρα καὶ Δῖον τὸν Ἡσιόδου γενέσθαι Ἀπέλλιδος τοῦ Μελανωποῦ τοῦ Ἐπιφραδέος τοῦ Χαριφήμου τοῦ Φιλοτερπέος τοῦ Ἰδμονίδα τοῦ Εὐκλέους τοῦ Δωρίωνος τοῦ Ὀρφέως.* In quo loco primum hoc animadvertendum est, verba *Μαίονα γάρ φασι* non ita intellegenda esse, quasi totum hoc stemma, quod sequitur Homeri et Hesiodi, explanatum a logographis singillatim esset. Nam Hellanicum nihil dixisse aliud quam gentem Hesiodeam ad Orpheum pertinere ex alio Procli loco apparet, schol. ad Oper. v. 631: *τοῦτό φησι διὰ τὸ μιμεῖσθαι τὸν πατέρα. Ἑλλάνικος δὲ Φορωνίδι ἀπὸ Ὀρφέως φησὶν εἶναι τὸν Ἡσίοδον* (v. Müller l. l.). Hic quid sit illud, quod de Orpheo ex Hellanico adiectum a Proclo est ad locum, quo patris sui Hesiodus meminerat, plane non perspexeris, si Hellanicus progeniem Homeri Hesiodique ab avo atavoque usque protulerat. Nam patrem Homeri Maeonem (quem citat auctor Cert. p. 358, 6), potuit aliunde nosse. Accedit, quod de Damaste, si etiam ad hunc pertinuisse putandum est illud *φασί*, prorsus dissentit auctor anonymus Iriart. Bibl. Matr. p. 233: *Ἀναξιμένης καὶ Δαμάστης καὶ Πίνδαρος Χῖον τὸν Ὅμηρον ἀποφαίνονται καὶ Θεόκριτος, ὁ δὲ Δαμάστης δέκατον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Μουσαίου φησὶ γεγονέναι.* Musaeus enim ne commemoratur quidem in stemmate Procli,

secundum quem Musaei loco Dorio quidam, ipse incertus, decimus gentis introducitur. Ac Welckerus quidem Cycl. epic. p. 140 hanc diversitatem Damastis ab Hellanico facile posse explicari putat; sed, ut verum fatear, admodum vereor, ut hoc evicerit vir doctissimus: „Denn grade im zehnten Gliede, inquit, weichen auch die drey andern (auctor Certaminis Homeri et Hesiodi, Charax ap. Suidam v. *Ὅμηρος* et Proclus ipse) unter einander ab und alle drey scheinen Volksstämme im Auge zu haben; Musäus aber deutet auf Athen, des Orpheus Sohn Dorion deutet auf die Dorier, wie Pieros, des Linos Sohn, auf Pierien — der *Δρής* des Charax ist vermuthlich *Θρῇξ*, da nach dem makedonischen Dialekt *δ* für *ϑ* eintritt; der *Ὄρτης* aber im Wettstreite neben diesen beiden ist wahrscheinlich in *Ὄτρυς* zu ändern, welcher Odrysen bedeutet." In quo non animadvertit Welckerus *Δρῆς* nomen proprium mutari non licere propter auctoritatem grammaticorum: Choeroboscus enim in Bekk. Anecd. p. 1188 ita: *τὰ εἰς ης μονοσύλλαβα, ἐὰν μὲν περισπῶνται, ἀποβολῇ τοῦ σ ποιοῦσι τὴν γενικήν, οἷον ὁ Δρῆς τοῦ Δρῆ, ὁ Τρῆς τοῦ Τρῆ· ταῦτα δὲ παραλόγως ἔχουσι τὴν γενικὴν εἰς η καταλήγουσαν· οὐδέποτε γὰρ εὑρίσκεται γενικὴ εἰς η καταλήγουσα, εἰ μὴ ἐπὶ τούτων τῶν δύο. εἰσὶ δὲ ταῦτα ὀνόματα κύρια.* Quicum conspirat Ioannes Alex. *τον. παραγγ.* p. 7, 30, ubi pro *Κρῆς* legendum est *Δρῆς*. Adde Theognost. Canon. in Cramer. Anecd. Ox. T. II. p. 134, 27. Illum autem *Ὄρτην* apud auctorem Certaminis non ausim in *Ὄτρυν* mutare, hoc ut Odrysas significet. Ac si vel maxime concesseris, utrumque nomen sic mutari licere, ut mutavit Welckerus, nihil inde pro re Procli lucramur. Non consentit enim ullo modo Damastes cum illa Procli serie. Quare nobis quidem Proclus inde a verbis *Μαίονα γάρ φασι* neque Hellanicum nec Damastem nec Pherecydem, qui nihil quam Orphici generis fuisse Hesiodum dixerant, sed alium scriptorem intellexisse videtur, qui id, quod logographi digito quasi monstraverant, suo modo uberius adumbraverat. Neque obscurus est ille. Nam auctor anonymus in Iriart. Bibl. Matr. p. 233 ita: *Ἔφορος εἰς Χαρίφημον ἀνάγει τὸ γένος αὐτοῦ;* Chariphemus autem neque ab auctore Certaminis neque a Charace commemoratur, sed a Proclo tantum, unde sponte patere videtur Ephorum auctorem secutum esse Proclum, eundemque Ephorum logographorum vestigiis insistentem intellegendum esse inde a verbis *Μαίονα γάρ φασι.* Proclus vero, cum mares tantum stemmatis Hesiodei et Homerici indicare vellet, non addidit Ephorum praeterea alterum

Maeonis fratrem Dium commemorasse, ex cuius filia Cretheide (Aeolidem Crethea ipse Hesiodus commemoraverat fragm. 32) Maeo Homerum procreavit. Sic enim auctor anonymus de vita et poesi Homeri (Plut. script. T. XIV. p. 475 Hutten. Westermann. l. l. p. 21): *Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐπιχωρίῳ Κυμαῖον αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρώμενός φησιν, ὅτι Ἀπελλῆς* (corr. Welcker. Cycl. ep. p. 148; codd. *Ἀτελλῆς*) *καὶ Μαίων καὶ Δῖος ἀδελφοὶ Κυμαῖοι τὸ γένος· ὧν Δῖος μὲν διὰ χρέα μετῴκησεν εἰς Ἄσκρην, κώμην τῆς Βοιωτίας, κἀκεῖ γήμας τὴν Πυκιμήδην ἐγέννησεν Ἡσίοδον. Ἀπελλῆς δὲ τελευτήσας ἐν τῇ πατρίδι Κύμῃ κατέλιπε θυγατέρα Κρηθηΐδα τοὔνομα, προστησάμενος αὐτῇ τὸν ἀδελφὸν Μαίονα. ὃς διακορεύσας τὴν προειρημένην καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι δείσας κατάγνωσιν ἔδωκεν αὐτὴν πρὸς γάμον Φημίῳ τῷ Σμυρναίῳ, διδασκάλῳ γραμμάτων, φοιτῶσα δὲ αὐτὴ ἐπὶ τοὺς πλυνούς, οἳ ἦσαν παρὰ τῷ Μέλητι, ἀπεκύησε τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τὸν ποταμὸν καὶ διὰ τοῦτο Μελησιγενὴς ἐκλήθη.* In quo notandum est verba *διὰ χρέα*, si ab Ephoro profecta sunt vel ab eo, cui Ephori dicta in animo erant, non ita cum Tzetza intellegenda esse, ut „propter nomina facta“ significent, quemadmodum concludas ex Hesiodi Oper. 639, sed „necessitate coactum propter facinus aliquod.“ V. Proclus ad Oper. 633: *Ἔφορος δέ φησι τοῦτον* (Hesiodi patrem) *εἰς Ἄσκρην ἐλθεῖν οὐ δι' ἐμπορίαν, ἀλλὰ φόνον ἐμφύλιον ἐργασάμενον*[4]). Si verum est quod demonstrare conati sumus, Proclum non logographorum, sed Ephori stemma proposuisse, verisimile etiam esse videtur eundem Ephorum gentem Orphei eodem modo ab Apolline et Thoosa vel Aethusa derivasse, atque hoc indicatur ab auctore Agonis et ab Charace, ut totum stemma gentilicium secundum Ephorum hoc fuisse videatur: *Ἀπόλλων καὶ Θόωσα, Λίνος, Πίερος καὶ Μεθώνη, Οἴαγρος καὶ Καλλιόπη, Ὀρφεύς, Δωρίων, Εὐκλῆς, Ἰδμονίδης, Φιλοτερπής, Χαρίφημος, Ἐπιφραδής, Μελανωπός, Ἄπελλις, Ἀπελλῆς, Δῖος (Δίου Πέρσης καὶ Ἡσίοδος), Μαίων (Μαίονος Ὅμηρος).* Ex Strabone vero XIII. p. 622, qui Ephorum ante oculos habuit, Ephorum Dium patrem Hesiodi ex vs. 299 Operum elicuisse recte conicias. Sic enim ille: *ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως (Κύμης) ἀναντιλέκτως ἔστιν Ἔφορος, τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος, ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων. καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ὅτι*

4) Cf. Müller. histor. fr. 164 (I. p. 277). Quid Apollodorus (vel Autodorus) Cumaeus de eadem re dixerit nescimus.

ὁ πατὴρ αὐτοῦ Δῖος μετῴκησεν εἰς Βοιωτοὺς Κύμην Αἰολίδα προλιπών·

νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

Ὅμηρος δ' οὐχ ὁμολογουμένως. πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ. Ephorus autem Cumaeus, ut patriae suae consuleret, quae a poetarum multitudine et praestantia parum honorifice audiebat (v. Westerm. l. l. p. 21, Ephori fr. ed. Marx. p. 267, Müller. fr. hist. I. p. 277), Hesiodum et Homerum Cumaeos finxit, finxit Dium Hesiodi patrem, idemque, qui Dium finxit, Pycimeden, Apollinis filiam, Dii uxorem, si non finxisse omnino, certe stemmati Hesiodeo intulisse putandus est[5]). (V. Vellei. Paterc. l. l. Val. Probi comm. ad Verg. Ecl. IV, 4. ed. Keil. p. 9. Lion. p. 350). Ac iure quodam gentilicio Hesiodum quidem potuit Cumaeum dicere, quod interdum cives coloniarum etiam metropolis cives dicti sunt. V. Mueller. Dor. I. p. 122. Ceterum neque Agonis auctorem neque Characem a Proclo vere dissensisse puto, sed utrumque cum Proclo stemma ab Ephoro confectum secutum esse. Primum enim perspicuum est, quam facile *ΟΡΤΗΣ*, qui dicitur ab auctore Agonis, oriri ex *ΔΡΗΣ* potuerit, a quo non differt Dorio Procli. Hic enim cum scripsisset *τοῦ Δρῇ τοῦ Ὀρφέως*, alius, qui hoc describeret,

5) Ne hodierno quidem tempore defuerunt, qui cum Ruhnkenio et Spohnio Operum versu 299 *Δίου γένος* ex *δῖον γένος* esse corrigendum et Dium pro patre Hesiodi accipiendum fabularentur, inter quos etiam Bernhardyum Lit. Gr. I. p. 156 et Bergkium l. l. p. 919 not. fuisse sane mireris. Neque de patris Dii neque de matris Pycimedae nominibus, temere ab historicis inventis, facti sumus certiores. V. Lobeck. Aglaoph. I. p. 326. Flach. l. l. p. 457 seq. Plutarcho enim et Proclo unam solam lectionem *δῖον γένος* cognitam fuisse, ex scholio v. 299 adscripto patet: *τὸ δῖον γένος δηλοῖ, ἢ ὅτι θεοῖς ἀνέφερον τὴν γένεσιν (εἰς γὰρ Ὀρφέα καὶ Καλλιόπην τὸ γένος ἀνῆγον), ἢ εὐμενοῦς οὔσης τῆς θεοῦ τῆς δωρησαμένης αὐτούς.* — Itaque melius O. Müller in Lit. Gr. I. p. 134 ed. III. hanc rem explanasse putandus est: „Schon die sogenannten Logographen (oder Historiker vor Herodot), wie Hellanikos, Pherekydes und Damastes haben allerlei durch die Tradition überlieferte Namen zu umfassenden Genealogieen vereinigt, in welchen die beiden Dichter dieselben Ahnen erhalten, z. B. so, dass Apellis (auch Apelles, Apelläos genannt) den Mäon, Homer's angeblichen Vater, und den Dios, der nach einer alten, aber jetzt mit Recht verworfenen Auslegung eines Verses der Werke und Tage dem Hesiod zum Vater gegeben wurde, zu Söhnen gehabt habe.“ Neque minus recte Schoemannus in comment. crit. p. 4 narratiunculam de Dio et Pycimede, parentibus Hesiodi, sciens silentio omisit.

ignotum illud *Δρῆ*, cuius genitivus casus ab antiquis grammaticis dignus habitus est qui praecipue notaretur, pro nota habitum in *Δωρίωνος* (quod notius videbatur nomen esse, v. Plut. de Mus. 21) mutavit. Deinde in Agone (p. 359, 6; Westerm. p. 35, 46) post *Δρῆν* (sic enim legendum pro *Ὄρτην*) excidit *τοῦ δὲ Εὐκλέα*, pro Harmonida vero et Euphemo introducendi Idmonides vel Iadmonides et Chariphemus; denique si Agonis auctor ita dicit p. 359, 2 (Westerm. p. 35, 42): *τινὲς δὲ νεώτερον [φασὶ τὸν Ὅμηρον εἶναι τοῦ Ἡσιόδου] καὶ συγγενῆ. γενεαλογοῦσί τε οὕτως*, pertinet hoc etiam ad Ephorum. V. Gell. N. A. III, 11.

Ad fabulas non tam de Hesiodo quam de familia (v. Wolf. Prolegg. p. XCVIII.) vel secta, cuius ille fuit princeps, intellegendas primum illud epigramma pertinere videtur, quod de Hesiodo ita agit, ut bis iuventute fruitum esse poetam indicet. Vid. Proverb. Vat. IV, 3 (Paroemiogr. Graec. ed. Leutsch. et Schneidewin. I. p. 456): *Ἡσιόδειον γῆρας. Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρχομενίων πολιτείᾳ δὶς τετάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν·* (Cf. Rose Arist. Pseudep. p. 507 seq.)

χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Apud Tzetzam et Suidam Pindaro hoc epigramma tribuitur, nec causa satis idonea est, cur Pindaro abiudicemus. V. Boeckh. Fragm. Pind. p. 554. Bergk. Poet. Lyr. p. 383. Rem ita explicare conatus est Marckscheffelius (Hesiodi, Eumeli — fragmenta p. 53 sq.): „Proverbium ex epigrammate ortum est, epigramma e duplici quae ferebatur sepultura, ad quam explicandam aliquis Hesiodum bis vixisse et bis mortuum esse finxit, ut intellegeretur, quomodo in utroque sepulcro poetae ossa esse possent.“ At vehementer inter se differunt *Ἡσιόδειον γῆρας* et Pindari *δὶς ἡβήσας*, quorum neutrum explicari ex altero potest: illo enim de magna senectute, hoc de repetita vita ita agitur, ut provectae senectutis ne vestigium quidem adsit. Quomodo igitur fieri potuit, ut proverbium ex epigrammate oreretur? Res longe aliter se habere videtur. Is enim, qui proverbia Vaticana collegit, cum proverbiale illud *Ἡσιόδειον γῆρας* recte explicare nesciret, epigrammate Pindarico qualicunque modo id interpretari studuit. Neque enim dubium est, quin illud proverbium de nobili loco Hesiodi (fr. 163; imitatus est Auson. Id. XVIII.) intellegendum sit, qui de longinquitate vitae (*γήρᾳ*) hominum, cornicum, cervorum cet. agit, non

de ipsius Hesiodi senectute, ut opinabatur is, qui Vaticana proverbia collegit. Ipsam enim Hesiodi senectutem comprobari Alcaei Messenii versiculo[6]) (Brunck. Anal. I. p. 490. Anth. Pal. VII, 55) nemo facile erit qui putet. Nam si ipsum Hesiodum in longaevis hominibus fama habuisset, certe id Lucianus silentio non praeteriisset in dialogo de macrobiis. Ipsa etiam mortis Hesiodi causa, quam Plutarchus Sap. Conv. 19 et auctor Certaminis exposuerunt, senectutem quodammodo videtur respuere. Quare nihil reliquum est, quam ut hac fabula de bis iuvene Hesiodo doceri credamus duos aliquando Hesiodos vixisse, id quod etiam duobus Hesiodi sepulcris, quorum alterum erat Naupacti, alterum Orchomeni, sed ita exstructum, ut Naupacto Orchomenum ossa Hesiodi secundum oraculum Delphicum translata esse dicerent Orchomenii, ne suum videretur auctoritate cedere alteri, quod ne Naupactiis quidem omnibus cognitum fuisse fingebant. Sed etiam postea Naupactios suum sibi servasse Hesiodi sepulcrum satis patet ex Plutarchi verbis: *τὸν δὲ τάφον [ἐν τῷ Νεμείῳ] οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται* (non *ἀπεκέκρυπτο*). Aliam famam fuisse, quae Ascra, non Naupacto in suam urbem ossa Hesiodi transtulisse Orchomenios diceret, olim ex loco Plutarchi apud Proclum ad Oper. 631 (T. XIV. p. 308 Hutt.) concludi posse putaram, et sic denuo conclusit Marckscheffelius p. 29. Ita enim Proclus: *ἀοίκητον δὲ αὐτὸ (τὸ τῆς Ἄσκρης πολίχνιον) ὁ Πλούταρχος ἱστορεῖ καὶ τότε εἶναι, Θεσπιέων ἀνελόντων τοὺς οἰκοῦντας, Ὀρχομενίων δὲ τοὺς σωθέντας δεξαμένων· ὅθεν καὶ τὸν θεὸν προστάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι*

---

6) *Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο*
Νύμφαι κρηνίδων λοῦσαν ἀπὸ σφετέρων,
καὶ τάφον ὑψώσαντο· γάλακτι δὲ ποιμένες αἰγῶν
ἔρραναν, ξανθῷ μιξάμενοι μέλιτι.
τοίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνεεν, ἐννέα Μουσέων
ὁ πρέσβυς καθαρῶν γευσάμενος λιβάδων.

Huic epigrammati in cod. Matrit. XXIV. adiunctum est alterum, inscriptionis expers, quod publicavit Iriart. Bibl. Matrit. p. 97:

Ἡσιόδου ποτὲ βίβλον ἐμαῖς ὑπὸ χερσὶν ἑλίσσων
Πύρρην ἐξαπίνης εἶδον ἐπερχομένην.
βίβλον δὲ ῥίψας ἐπὶ γῆν χερὶ τοῦτ' ἐβόησα·
ἔργα τί μοι παρέχεις, ὦ γέρον Ἡσίοδε;

Prius epigramma altero eiusdem codicis loco Simonidi datur: v. Iriart. p. 95. Idem autem vir doctissimus in foedum errorem delapsus est (p. 385), cum Oper. v. 293—297 tanquam epigramma ineditum in laudem Hesiodi typis exprimendos curarit (cod. Matrit. XCVIII).

παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχομενίων πολιτείαν. Sed non recte id concludi posse satis ex eo apparet, quod oraculum Delphicum ossa Hesiodi transferri Orchomenum iusserat eam ob causam, quod, Ascraeis receptis ab Orchomeniis, ipse etiam Hesiodus quasi Orchomenius factus esse videretur. Quod igitur Plutarchus narravit item ad Naupactum, non ad Ascram pertinet. Sic enim de hac re Pausanias IX, 38, 3: *τάφοι δὲ Μινύου καὶ Ἡσιόδου· καταδέξασθαι δέ φασιν οὕτω τὰ Ἡσιόδου ὀστᾶ. νόσου καταλαμβανούσης λοιμώδους καὶ ἀνθρώπους καὶ βοσκήματα, ἀποστέλλουσι θεωροὺς παρὰ τὸν θεόν. τούτοις δὲ ἀποκρίνασθαι λέγουσι τὴν Πυθίαν, Ἡσιόδου τὰ ὀστᾶ ἐκ τῆς Ναυπακτίας ἀγαγοῦσιν ἐς τὴν Ὀρχομενίαν, ἄλλο δὲ εἶναί σφισιν οὐδὲν ἴαμα. τότε δὲ ἐπερέσθαι δεύτερα, ὅπου τῆς Ναυπακτίας αὐτὰ ἐξευρήσουσι, καὶ αὖθις τὴν Πυθίαν εἰπεῖν, ὡς μηνύσοι κορώνη σφίσιν. οὕτω τοῖς θεοπρόποις ἀποβᾶσιν εἰς τὴν γῆν πέτραν τε οὐ πόρρω τῆς ὁδοῦ καὶ τὴν ὄρνιθα ἐπὶ τῇ πέτρᾳ φασὶν ὀφθῆναι. καὶ τοῦ Ἡσιόδου [τε] τὰ ὀστᾶ εὗρον ἐν χηραμῷ τῆς πέτρας. καὶ ἐλεγεῖα ἐπὶ τῷ μνήματι ἐπιγέγραπται.* Haec si quis comparaverit cum simili fabula Lacedaemonia apud Herodotum I, 67 de Orestis ossibus, cum Atheniensium custodia Oedipodis et Thesei ossium, non dubitabit, quin Hesiodus heros fuerit Boeotis, quemadmodum Homerum heroem Chii coluerint, ita ut uterque tanquam princeps familiam poeticam duceret. Intellegendum est autem, cum pro heroe aliquem colendum esse arbitrantur, splendidissimum videri, si indignum interfectum esse tradant.

Inde fabula de morte Hesiodi profecta est, de qua vario modo scribunt. Ex ipsis Hesiodo tributis carminibus didicerant Chalcide poetam in celebrandis Amphidamantis exsequiis tripodem accepisse, cum hymno prae omnibus excelluisset. (V. Oper. 652 seq. Plut. Conv. Sept. Sap. 10.) Quem tripodem, quanquam auctor versuum illorum Musis Heliconiis consecratum esse dicit, visum in Helicone etiam a Pausan. IX, 31, 3 (cf. Dio Chrys. p. 22, 11 Emper.), tamen non desunt qui Apollini Pythio ab Hesiodo dedicatum esse dicant, quanquam *ἀπαρχαὶ* ab auctore Certaminis p. 366, 23 (Westerm. p. 41, 15) memoratae longe aliter possunt intellegi. Oraculum igitur Hesiodo a Pythia datum est, vitaret templum Nemeaei Iovis, quod ibi mortem subiturus esset. Hinc ille, quod Nemeam in Peloponneso fugiebat, obtruncatus est in area sacra Nemeaei Iovis, quae prope abest ab Oeneone Locrorum (Thucyd. III, 96) in agro Naupactio. Mortis causam sic aperuit secundum fabulam

antiquam Plutarch. Sept. Sap. Conv. 19: *Μιλησίου* (Demodes nomen fortasse erat, v. Eratosthenem ap. auct. Cert. p. 367, 21, Westerm. p. 42, 44) *γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀνδρός, ᾧ ξενίας ἐκοινώνει Ἡσίοδος καὶ διαίτης ἐν Λοκροῖς, τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ*[7]) *κρύφα συγγενομένου καὶ φωραθέντος ὑποψίαν*

---

7) Phegeus, (quod nomen legitur etiam apud Hom. Il. V, 11. 15. Herodot. IX, 26. Verg. Aen. IX, 765) nomen erat hospiti, filiae Ctimene, filiis, Hesiodi interfectoribus, secundum Alcidamantem, Gorgiae discipulum, (v. Certam. p. 367, 14 sqq. Westerm. p. 41, 26 seq. Cf. Aristot. Rhetor. II, 23. Vahlen, der Rhetor Alcidamas, i. Sitzungsb. d. Wiener Acad. 1863. Tom. 43 p. 491—528) Amphiphanes et Ganyctor, secundum Eratosthenem Ctimenus et Antiphus Ganyctoris. Hunc secutus esse videtur Pausan. IX, 31, 5, qui pro Phegeo item Ganyctorem habet patrem. Sic enim intellego Pausaniam; nam quod hic addit: *ἡ αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα ἐγένετο τῇ Μολυκρίδι σφίσιν ἡ δίκη*, non pertinere ad alterius interfectoris filios satis patere puto. V. Plut. de solert. anim. 13. Sympos. V, 2. Ad locum Eratosthenis pertinere etiam videtur quod habet Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 81, 27. Gaisf. *γάννυξ γάννυκος (ὁ γανάκτωρ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει)*; aliter tamen Giese statuit (Aeolisch. Dialect p. 190), qui, cum *γανάκτωρ* Aeolicum esse dicit pro *ἀνάκτωρ*, non satis ad *γάννυξ γάννυκος* animum advertisse videtur. *Γαννύκτωρ* est etiam apud Nonn. Dion. XL, 226. Ceterum si quis quaerat locum, quo haec omnia narraverit Eratosthenes, legendum fortasse coniiciet *Ἐρατοσθένης δέ φησιν ἐν Ἡσιόδῳ* in Certam. p. 367, 15. Cf. Diar. Antiq. stud. 1839. p. 860. Bernhardyi Eratosthen. p. 241. Carmini Erathosthenis titulus scriptus erat *Ἡσίοδος ἢ Ἀντερινύς*. V. Bergk. Anal. Al. I. p. 26 (Marb. 1846). Hiller. fragm. Eratosth. p. 85 (Lipsiae 1872). Titulum carminis fuisse *ἐν ἐπικηδείῳ* sc. *Ἡσιόδου* coniecit O. Schneider in Annal. Phil. 1873 p. 220. Ceterum de duabus Hesiodi interfecti fabulis egregias dissertationes conscripsit Fr. Nietzschius in Mus. Rhen. 1870 p. 528—540 et 1873 p. 211—249 publicatas, quibus titulum inscripsit: Der Florentinische Tractat über Homer und Hesiod, ihr Geschlecht und ihren Wettkampf. De fontium narrationis ordine Nietzschius haec statuit. Historia princeps comparet in libello sub titulo Musei confecto rhetoris Alcidamantis, quem secutus est Aristoteles in Orchomeniorum republica. Ab hac narratiuncula multum discrepabat illa, quam allegavimus fabula Eratosthenis, quem exscripsit Plutarchus in Convivio et de sollert. animi. Neque vero magis Certaminis Homeri et Hesiodi auctor Convivium compilavit, neque Certamen ipsum Joannes Tzetza in commentatione de vita Hesiodi, quorum utrumque libro aliquo deperdito, velut Characis historiis, usum esse colligas. Pauca, quae nimis audacter protulerat Nietzchius, correxit F. Susemihl. in Annal. Philol. 1874 p. 660 seq. — Illud quoque memoratu non indignum videtur, quod etiam Euphorion Chalcidensis carmen epicum *Ἡσίοδος* composuerat, (v. Suid. s. v. et Eudoc. p. 167), cuius ne unum quidem fragmentum nobis servatum esse maxime dolendum est (V. Meinekii Euph. vit. et scr. p. 20. 69); hariolati enim sunt editores Vergilii: cf. Heynii exc. III ad Bucol.

ἔσχεν ὡς γνοὺς ἀπ' ἀρχῆς καὶ συνεπικρύψας τὸ ἀδίκημα μηδενὸς ὢν αἴτιος, ὀργῆς δὲ καιρῷ καὶ διαβολῇ περιπεσὼν ἀδίκως. ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδρεύσαντες καὶ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀκόλουθον, ᾧ Τρωΐλος ἦν ὄνομα· τῶν δὲ σωμάτων εἰς τὴν θάλασσαν ὠσθέντων τὸ μὲν τοῦ Τρωΐλου εἰς τὸν Δάφνον ποταμὸν ἔξω φερόμενον ἐπεσχέθη περικλύστῳ χοιράδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἀνεχούσῃ, καὶ μέχρι νῦν Τρωΐλος ἡ χοιρὰς καλεῖται. τοῦ δὲ Ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμισε καὶ τὴν Μολυκρίαν. ἐτύγχανε δὲ Λοκροῖς ἡ τῶν Ῥίων καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις, ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν, περιφανῶς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον[8]), ὡς δ' ὤφθη προσφερόμενον τὸ σῶμα, θαυμάσαντες, ὡς εἰκός, ἐπὶ τὴν ἀκτὴν κατέδραμον καὶ γνωρίσαντες ἔτι πρόσφατον νεκρόν, ἅπαντα δεύτερα τοῦ ζητεῖν τὸν φόνον ἐποιοῦντο διὰ τὴν δόξαν τοῦ Ἡσιόδου· καὶ τοῦτο μὲν ταχέως ἔπραξαν[9]). — αὐτούς τε γὰρ κατεπόντισαν ζῶντας[10]) καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν. ἐτάφη δὲ Ἡσίοδος πρὸς τῷ Νεμείῳ· τὸν δὲ τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται, ζητούμενος ὑπ' Ὀρχομενίων κ. τ. λ. Eodem pertinet Alcaei Messenii epigramma, quod supra laudavimus. Hac tam honorifica in luco Nemeo sepultura praeclare videtur indicari pro heroe Locrensibus et Boeotis fuisse Hesiodum. Recte enim Lobeck. Aglaoph. p. 281: „Pythia, quotiescunque civitates fame, bello aliove malo pressae divina consilia peterent, toties ferme heroum ossa condere in suis finibus vel iam conditis debitos honores reddere iussit.“ Neque Hesiodi eo loco immemor fuit vir doctissimus. Comparari optime poterit fabula de Lino, cuius duo exstiterunt sepulcra, alterum Argis, Thebis in Boeotia alterum, nec erit quisquam, qui de Lino heroe dubitet. — Amoenam de avibus sepulcro advolantibus fabulam memoriae prodidit Lucian. de morte Peregrini III. p. 361 ed. Reiz.: *τίνας δὲ κορώνας οὐκ ἐπιπτήσεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τὸν Ἡσιόδου τάφον;*

8) Festum Ariadneum audit in codice Certam. p. 367, 9, ubi v. adnot. (Westerm. p. 42, 33). *εἰς Ποσειδῶνα ἀσεβῆσαι* interfectores addidit Pausanias. Itaque non immerito Flach. l. l. p. 465 diversas fuisse fabulas suspicatus est, quarum altera Aulide oriunda et ad Locrenses Opuntios spectante de festa Ariadnae die fugaque interfectorum in Cretam insulam tentata et poena de nefariis a diis exercita ageretur, altera ab Ozolarum finibus profecta de solemni Neptuni die atque iusta ipsorum incolarum ultione.

9) Canem Hesiodi detexisse Ganyctorem et Amphiphanem tradit Plut. de solert. anim. 13, 36. V. Polluc. Onom. V, 5.

10) *σφαγιασθῆναι θεοῖς τοῖς ξενίοις ὑπὸ Εὐρυκλέους τοῦ μάντεως* tradit auctor Cert. p. 367, 17.

II. De tempore, quo Hesiodus vixerit.

De aetate Hesiodi quaerere difficillimum est, quod quae sub eius nomine circumferuntur carmina non uni eidemque poetae adscribere licet. Primus, qui uberius hunc locum exponeret, Heraclides Ponticus fuisse videtur, de cuius sententia certiores non facti sumus. Primus autem, qui Homerum antiquiorem Hesiodo pronuntiasse sine uberiore disquisitione dicitur, est Xenophanes Eleata (v. Gellius III, 11, Karsten Xenophanis rel. p. 83). Sed non multum tribuerim huic Gellii sententiae, si ex Hesiodi nomine nomini Homeri postposito id concludendum esse opinatus est. V. Karsten. l. l. p. 43. Postea Posidonium uberius id exposuisse tradit Io. Tzetza Exeg. in Il. p. 19, 2 Herm. Ephorus vero primus fuisse videtur, qui Homero antiquiorem Hesiodum esse diceret, quem secuti sunt Philostratus, L. Accius ap. Gellium III, 11, marmor Parium, atque hoc quidem ita, ut 161 annos ante Olympiades Hesiodum floruisse scriberet, Homerum 130 annos; Posidonius vero (v. I. Tzetz. Exeg. l. l.) et grammatici Alexandrini iuniorem. Cf. schol. Ven. Il. XXIII, 683 *νεώτερος οὖν Ἡσίοδος γυμνὸν εἰσάγων Ἱππομένη ἀγωνιζόμενον ταλάντων* (*τῇ Ἀταλάντῃ* Heynius). Addam praeterea miram sententiam a Ioanne Antiocheno (Malala) prolatam in Cramer. Anecd. Paris. II. p. 389, 14: *ἦν ἐπὶ τῶν ιβ´ πατριαρχῶν ὁ Ἡσίοδος, ὃς τὰ Ἀσσυρίων γράμματα εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν μετέβαλεν*, quocum componas alterum locum apud eundem Malalam p. 59, 5. L. Dindorf. et apud Cramerum T. II. p. 241, 6: *ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τούτοις ἀνεφάνη τις ἐκ φυλῆς τοῦ Ἰαφέθ, ὀνόματι Ἡσίοδος, ὅςτις ἐφεῦρε τὰ Ἑλληνικὰ γράμματα, ὁ καὶ θεολόγος τῶν Ἑλλήνων.* His cum postea addit p. 241, 27: *ἐν τοῖς χρόνοις Γεδαιὼν τοῦ Κριτῶν (Κριτοῦ) ἦν Ὀρφεὺς ὁ Θρᾴξ*, fontem, ex quo haec hausta sunt, fortasse quis divinarit. Nam ita Io. Tzetza l. l. p. 21, 17 (cf. Malal. p. 72, 16): *ἐξελέγξω — καὶ Τιμόθεον τὸν Ὀρφέα ἐπὶ Γεδεὼν εἶναι λέγοντα ὡς οὐκ ὀρθῶς περὶ τῶν χρόνων, ἀλλ' ἐψευσμένως.* Est autem hic Timotheus chronographus; v. I. Malalae Chronic. p. 76, 7 ed. Ven. Alia, ut apud eundem Cramer. II. p. 385, sciens praetereo.

Atque confecta res foret, si credi Philochoro posset (v. schol. Anon. ad Oper. v. 271), Stesichorum poetam fuisse filium Hesiodi ex Clymene: is enim natus est Ol. 37, 1, mortuus Ol. 56, 4 (v. Clinton. Fast. Hell. I. p. 5 Krueg., quanquam in diversam sententiam abiit marmoris Parii scri-

ptor; v. Boeckh. Corp. Inscr. II. p. 302. 338). Verum haec fabula de Hesiodi filiis non tam de progenie ipsa ac stirpe poetae valet, quam de eius secta, de qua postea dicetur. Dicuntur enim familiae etiam scholae philosophorum (v. Wolf. Prolegg. p. XCVIII). Valde incerta est igitur computatio Dodwelli de cyclis V, 10 hac fabula confisi. Nobis igitur nunc fere acquiescendum esse videtur in sententia Herodoti II, 53, qui Hesiodum, i. e. Theogoniae poetam, et Homerum quadringentis fere annis suam ipsius aetatem dicit antecedere. Nam ita etiam Cornelius Nepos in libro chronicorum apud Gellium XVII, 21 (Nep. ed. Halm. p. 119): Vixerunt (sc. Homerus et Hesiodus) ante Romam conditam, ut Cornelius Nepos in primo chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum et sexaginta. Quocum consentiunt Euthymenes in Chronicis et Archemachus in tertio Euboicorum (v. Clement. Alex. Strom. I. p. 146 Sylb. T. II. p. 96 Dind.): *Εὐθυμένης δὲ ἐν τοῖς Χρονικοῖς συνακμάσαντα Ἡσιόδῳ ἐπὶ Ἀκάστου ἐν Χίῳ γενέσθαι περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. ταύτης δέ ἐστι τῆς δόξης καὶ Ἀρχέμαχος ἐν Εὐβοϊκῶν τρίτῳ· ὡς εἶναι αὐτόν τε καὶ τὸν Ἡσίοδον καὶ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου νεωτέρους.* Cf. etiam l. l. I. p. 139, T. II. p. 90: *Ὅμηρος δὲ καὶ Ἡσίοδος πολλῷ νεώτεροι τῶν Ἰλιακῶν, μεθ' οὓς μακρῷ νεώτεροι οἱ παρ' Ἕλλησι νομοθέται, Λυκοῦργός τε καὶ Σόλων κ. τ. λ.* Inter recentiores philologos horum iudicio ante omnes Bergkius l. l. p. 928 seq. opitulatus est. Qui antiquiorem Hesiodum faciunt Homero non inepte concludunt ex magna parte Operum, quae sane habenda est in antiquissimis Graecae poesis monumentis, quanquam multa, quae ibi accumulavit, ex priscorum temporum poesi hausisse videtur poeta; qui recentiorem, ex Theogonia potissimum et reliquis Hesiodo adscriptis carminibus argumentantur, de quorum aetate lubricum admodum est iudicium, cum Hesiodo adscriberent multi ea carmina, quae genus poesis ad Hesiodum potissimum auctorem relatum sequi videbantur. Quid denique de Hesiodi aetate Hecataeus Abderita statuerit, qui opusculum *περὶ τῆς ποιήσεως Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου* confecit (Suid. s. v. et Eudoc. p. 169) ne divinando quidem assequi nobis licebit. Subactissimum hac de re est iudicium Wolfii Prolegg. p. XLII: „Vocabulum poetae posterius videtur ipso Hesiodo nec ante receptum quam musica ab arte pangendi carminis vulgo divelli coepisset. Sed Hesiodum quum dico, omne illud tempus intellego, in quod Hesiodiorum quae nunc feruntur operum confectio incidit.

Non uni enim illa tribuenda esse patet et multo plura nomine eius ferebantur apud veteres. In *ἔργοις* loci sunt multi *πίνῳ* venerandae vetustatis signati. Theogonia autem et Scutum Herculis et maxima pars eorum, quorum brevia fragmenta supersunt, Homerum toto fere saeculo subsequuntur. Huius rei argumento est, quod in iis plures notiones novae exstant et imitationes locorum Homericorum, imprimis terrarum et populorum auctior et explicatior notitia." Cf. Anal. lit. III. p. 274. Haec cautius dicta sunt quam ea, quae protulit I. H. Vossius Epist. myth. II, 12 et Antisymb. I. p. 289. Cf. Thiersch. de Hesiodo in commentat. acad. Monac. a. 1813 p. 20.

III. De poetis Hesiodeis.

Quod nostris quoque temporibus fieri solet, ut qui in aliqua arte et facultate excellat alios ad tramitem suum alliciat atque eo pergere quasi instiget, id praesertim eo tempore factum esse probabile est, quo artes quasi recentes tanquam ex Iovis capite Minerva prosiluerunt. Sic qui primus avia Pieridum loca ita peragrarat, ut intellegentium hominum plausum mereretur, multos continuo asseclas atque sectatores necessario nactus est. In horum numero imprimis habendus est Hesiodus, qui primus inter Graecos antiquissimam philosophiam, i. e. doctrinam de diis et de hominum vita, versibus heroicis certa ratione tradidisse videbatur, cum ceteri poetae, quos non inepte Homericos dixeris, facta tantum antiquorum temporum historica et continua serie enarrassent. Hesiodum tanquam magistrum et doctorem multi alii secuti sunt, qui didacticum poesis genus elegerunt ita, ut vel filios vel posteros vel discipulos eius aut se ipsi dicerent, aut sic ab aliis dicerentur. Atque filii quidem et posteri dicti sunt prorsus in eum modum, quo medici Aesculapii filii (*Ἀσκληπιοῦ παῖδες*), sacerdotes *ἱερέων παῖδες* sapientes *σοφῶν παῖδες*, grammatici *γραμματικῶν παῖδες*, dicebantur, et quo ipsum oraculum Delphicum (Thucyd. V, 16) *τὸ σπέρμα* dixit pro *ἀπογόνῳ*. In horum numero fortasse Cercops fuit; nam illud Diogenis L. II, 46: *Κέρκωψ ἐφιλονείκει Ἡσιόδῳ ζῶντι, τελευτήσαντι δὲ Ξενοφάνης*, non ita intellegendum est cum Wuellnero de cyclo p. 50, ut Cercopem Homeridam fuisse statuamus, sed ita se applicuisse Hesiodeae poesi (v. Welck. Cycl. ep. p. 270), ut in eodem genere poesis excelluisse atque adeo superior fuisse secundum quorundam opinionem putandus sit. Certe primus Terpander fuit, de quo Suidas dicit: *οἱ δὲ ἀπόγονον Ἡσιό-*

δου ἀνέγραψαν, ἄλλοι δὲ Ὁμήρου, Βοίου λέγοντες αὐτὸν τοῦ Φωκέως τοῦ Εὐρυφῶντος τοῦ Ὁμήρου. Atque ad gentem quidem Homericam pertinere propterea credebatur, quod Homeri carmina nova musica cani in agonibus docuit (Plut. de Mus. 31. Cf. Bernhardyi Litt. Gr. I. p. 230) et omnino strenue excoluit Homericam poesin (Plut. de Mus. 5); ad Hesiodum vero, quod primus huius etiam carmina melodia ornasse ferebatur, qua olim carebant. Nam Plutarchus (de Mus. 4) Terpandrum Boeoticum et Aeolicum aliquem nomum citharoedicum invenisse auctor est, qui ad Hesiodi carmina imprimis pertinuisse videtur. Accedit, quod idem Plutarchus Terpandrum in quibusdam citharoedicis nomis Philammonem Delphum secutum esse dicit (de Mus. 5), quem ipsum Apollinem, stemmatis Hesiodei principem, instituisse fama erat; nec silentio praetereundum est Apollinis Pythii oraculum Lacedaemonios de sedandis seditionibus rogantes iussisse Terpandrum arcessere (Schol. Aristid. p. 593 Dind.)[11]. Terpander autem cum vixerit circiter Ol. XXXIII, mirum esset Stesichorum, qui mortuus est Ol. LV, 1 secundum Eusebium (vel Ol. LVI, 4 secundum alios), filium Hesiodi dici, nisi hoc eo modo intellegendum esset, quem indicavimus. Hic enim poeta non propter musicam, qua Hesiodum Terpander prosecutus esse videtur (musica enim Stesichorus toto coelo distabat a Terpandro; vid. Plut. de Mus. 7), sed quod non solum mythica carmina Hesiodeo modo composuit, sed etiam inventis fabulis se ad Opera et Dies Hesiodi (v. Oper. 200) applicuit (v. Kleine Stes. Fragm. p. 109). Prorsus similem causam habuisse videntur ii, qui Mnaseam filium Hesiodi dicerent. Sic enim Anonymus ad Oper. 271: ἰστέον δέ, ὅτι υἱὸς Ἡσιόδου Μνασέας ἐστί, Φιλόχορος δὲ Στησίχορόν φησι τὸν ἀπὸ Κλυμένης, ἄλλοι δὲ Ἀρχιέπης, quod mirum in modum corrupit Tzetza: σημείωσαι, τίς παῖς Ἡσιόδου. παῖδα οἱ μὲν Μνασέα (huic igitur Μνασεύς erat nominativus), οἱ δὲ Ἀρχιέπην (fecit igitur ex matre filium Hesiodi), οἱ δὲ τὸν Στησίχορον τὸν μελῳδὸν ἐξεδέξαντο. Atque Mnaseae nomen „ad memoriam rerum traditarum" tantummodo revocavit Marckscheffelius p. 33 cum Welckero, sed Mnaseas, Eratosthenis discipulus, aeque atque Stesichorus more Hesiodeo mythologiam non solum Graecorum, sed omnium populorum exposuerat. (Omnino

11) De Terpandri opera in re musica collocata v. Nitzsch. melet. I. p. 138 seq. Welcker. Cycl. ep. p. 368. Bergk. Lit. Gr. I. p. 432 seq. Susemihl. l. l. p. 649—658. Westphal. Metr. d. Gr. I² p. 24.

conferas Mnaseae Patarensis reliq. ed. Eug. Mehler. I. Bonnae 1846, II. Lugduni Bat. 1847). Scripsit item Mnaseas Patarensis Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγήν (v. Schol. ad Hes. Th. 117. Phot. Lex. v. Ὑμεῖς, ὦ Μεγαρεῖς. Mehler l. l. II. p. 45—47), quae item ad res sacras Graecorum attinebat. Iam vero, quaeret quispiam, cum Mnaseas ille Alexandrinorum tempore vixerit (v. Lobeck. Aglaoph. p. 1221 cf. Welcker. Tril. p. 240, Mehler. l. l. II. p. 16), qui tandem Hesiodi filius, i. e. Ἡσιοδίδης probabili modo dici potuit? Eodem arbitror iure, ut etiam posteris temporibus Ὁμηρίδαι et Ἀσκληπιάδαι inveniebantur, qui gentem suam ab Homero et Aesculapio propter artem, qua pollebant, derivarent[12]. Similiter Acusilaus et Eumelus in Hesiodidis haberi poterant, si contuleris Clem. Al. Strom. VI. p. 267 Sylb. T. III. p. 148 Dind.: τὰ δὲ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὔμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι, et Walz. Rhet. IX. p. 144: Ἀκουσίλεως καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς ἐν θεογονίαις, nec minore iure Hecataeus et Pherecydes, cum genealogi essent. Quid? quod etiam Empedocles, qui Theogoniam scripsit (v. Karsten. p. 73), cuius καθαρμοί a Cleomene rhapsodo Olympiae sunt declamitati (v. Athen. XIV. p. 620, Karsten. p. 40), tantam cum Hesiodo familiaritatem prodit, ut ipse Hesiodidam appellare sese possit?

Iam vero etiam patebit, cur Hesiodi gentem ad Orpheum revocaverint Hellanicus, Pherecydes, Damastes, si Aristophanis verba comparaveris Ran. 1032: Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι (v. Pausan. IX, 30). Hoc enim ad didacticum poesis genus proprie

12) Saniore iudicio de Mnasea ad Marckscheffelii exemplum disputasse videtur Susemihl. l. l. p. 659: „Freilich ohne die Sippschaft des Hesiodos möchten wir immerhin zu dieser speciellen Ausdeutung noch kein sicheres Recht haben. Da ist nun aber zunächst seine Mutter Pykimede „die verständige", dann sein Sohn Mnaseas „der gedächtnisstarke" oder Archiepes (Charepes?), Euepes, Euphemos, Eukleides, Euphorbos „der schön redende, rühmende, tönende" oder Stesichoros „der Chorsteller" oder, wenn es vielmehr eine Tochter sein soll, die Archiepe (Chariepe?)." — Recte etiam Mehler. II. p. 11: Primum hoc loco non Hesiodides Mnaseas appellatur, sed Hesiodi filius; tum eorum, qui sunt Homeridae aut Hesiodidae adpellati, neminem puto fuisse, qui pedestri oratione in operibus suis pangendis fuerit usus; quod cum de Mnasea constet omnisque praeterea indoles poetica ab eo sit quam alienissima, aberrasse a vero videtur Goettlingius, cum de Mnasea Patarensi illa scholiastae verba fuerit interpretatus.

attinet. Nec minus apte Aesopum se dixisse discipulum Hesiodi tradiderunt, quod inventio fabulae ethicae, quam *αἶνον* appellavit antiqua aetas, adscribitur poetae Ascraeo (v. Oper. 200, Theog. 594, cf. Schol. Aristid. p. 728). Sic etiam Quintilian. Inst. V, 11: si originem non ab Aesopo acceperunt fabulae (nam videtur earum primus auctor Hesiodus), nomine tamen Aesopi maxime celebrantur, nec minore iure id fieri potuit atque Anaximander Thaletis discipulus dictus est[13]).

Quibus expositis si scholam Hesiodeam statuimus, non hoc crassa Minerva ita intellegendum est, ac si certa quaedam praecepta a senioribus magistris poetis iunioribus discipulis in subselliis audientibus tradita essent, quemadmodum id medio aevo factum est in Germania, sed prorsus eodem modo, ac nunc de schola quadam Goethiana vel Schilleriana loquimur, quorum auctores tantum abest ut praecepta sua publice tradiderint, nihil ut magis sit eorum naturae et indoli contrarium. Sed agnovisse veteres certam quandam Hesiodeae poesis causam et rationem iam eo intellegitur, quod carmina quaedam mythologica vel didactica, multo post Hesiodi tempora composita, nihilo minus Hesiodo eam ob causam tribuerunt, quod quasi patrem hunc habuerunt poesis didacticae, certum quendam intellegentiarum orbem complexae, cum ante Hesiodum singula tantum huius poesis conamina facta essent. Ipsum autem nomen Hesiodi poetae, quanquam in prooemio Theogoniae legitur, certum quoddam poesis genus declarare videtur, quemadmodum Lino id evenit et Stesichori nomen Tisiae poetae inditum est et Theophrasti cognomen Tyrtamo et artificibus quibusdam *Εὔχειρ*. Hoc vel ii indicarunt, qui Aeoles pro *Ἡσίοδος* dixisse tradiderunt *Αἰσίοδος* (v. Etym. M. p. 452, 36: *ἀλλ' ἰδοὺ τὸ Ἡσίοδος καὶ ἡμίονος Αἰσίοδος καὶ αἰμίονος λέγουσιν* [*οἱ Αἰολεῖς*]), quod, si verum poetae nomen fuisset, sine dubio legeremus in Theogoniae prooemio, nunc autem hanc nominis formam excogitasse ii putandi sunt, qui *αἰσίαν ὁδὸν σοφίας* (cf. Pindar. N. IX, 18) monstrasse Hesiodum arbitrabantur[14]). Ita enim Etym. p. 438, 20,

---

13) Recte praeterea Welckerus in Mus. Rhen. VI. p. 389 *τὴν Αἰσώπου ἀναβίωσιν* comparavit cum Hesiodi repetita vita. Poterat etiam Aeolicam, quam dixerunt, nominis Hesiodi formam cum Aesopi nomine comparare.

14) V. Bergk. Lit. Gr. I. p. 919 not. 2: „Man hat *Ἡσίοδος* als Zusammensetzung von *ἱέναι ᾠδὴν* betrachtet; dass dies unzulässig sei, liegt auf der Hand. Die alten Grammatiker leiten den Namen von *αἰσία ὁδός* ab, indem sie darin eine Beziehung auf

cuius etiam Marckscheffelius memor fuit p. 69: *Ἡσίοδος ὄνομα κύριον, ὁ τὴν αἰσίαν ὁδὸν πορευόμενος· Ἔργα γὰρ καὶ Ἡμέρας ἔγραψε πρὸς τὴν βίου ἐργασίαν καὶ νομοθεσίαν.* Cf. Ahrens. de dial. Aeol. p. 96. Eodem modo Pindarum fama erat de Hesiodo scripsisse *ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης*, et *σοφιστής* Hesiodus dictus est a Cratino. Sed neque ad hanc nominis conversionem opus erat ut confugerent, neque ad Welckeri sententiam, qui cum *ᾄδω* cognatum esse nomen olim putabat (Trilog. p. 12). Potius duplicis originationis via patet: aut deducas necesse est ab *ἵημι* et *ὁδός*, in qua ego sententia olim cum Etym. M. p. 438, 20 fui, ut quasi *ἡγεμὼν ὁδοῦ* virtutis et scientiae, i. e. parens philosophiae Hesiodus esse videretur, quanquam haec significatio subobscure hoc nomine indicatur, aut ab *ἥδομαι* vel *ἥδω* et *ὁδός*, ut is significetur, qui gaudeat ea via, quam rectam demonstravit; *ὁδός* enim dicitur et de consilio a diis dato per sortes (Aristoph. Eq. 1015), et de via, quam philosophi monstrant (v. Parmenid. p. 28. 30. 32. 36 Karstenii)[15]).

---

die ethische Richtung dieser Poesie finden; wenn sie aber behaupten, der Dichter sei in Boeotien *Αἰσιόδος* genannt worden, so liegt wohl ein Irrthum des Berichterstatters vor; denn *Ἡσίοδος* konnte sich nicht in *Αἰσίοδος* verwandeln, wohl aber würde nach dem Lautgesetze des böotischen Dialekts *Αἰσίοδος* in *Ἡσίοδος* übergehen. Nun heisst aber der Dichter urkundlich in Böotien *Εἰσίοδος*, wie die Böoter regelmässig *Η* mit *Ει* vertauschen; dadurch wird also die gemeingriechische Form bestätigt. Der Name besagt wohl: er geht seinen Weg, indem *ἱέναι* in medialem oder reflexivem Sinne zu fassen ist." Quae infirmare tentavit Susemihl. l. l. p. 658 seq., qui nomen *Ἡσιόδου* aut cum Clemm. de compositis Graecorum, quae de verbis incipiunt p. 28 de *ἱέναι* et *ᾠδήν* derivandum atque „Dichter" vel „Sänger" vertendum, aut de *ἱέναι* et *ὁδόν* atque sensu activo „Sender des Wegs" i. e. „des Lebenswegs" intellegendum esse censuit. Ceterum de forma *Εἰσίοδος* v. Keil. Syllog. Inscr. Boeot. p. 94 et Philol. XXV. fasc. II. p. 231. Goettling. Spicilegium alterum fragmentor. Hes. p. 4; de *Αἰσίοδος* Etym. Gud. p. 249, 49: *Αἰολικῶς. ὁ τὴν αἰσίαν ὁδὸν πορευόμενος. — ἢ ὅτι αἰσίως ἐβάδισε.* Cf. Etym. M. p. 438, 20. De etymo v. Etym. M. p. 38, 24: *παρὰ τὸ ἥσω μέλλοντα καὶ τὸ ὁδός. — μνήσω Μνησίθεος, στήσω Στησίχορος, οὕτως ἥσω Ἡσίοδος.*

15) Rectius Bergk. l. l. p. 919: „Man hat freilich behauptet, der Name Hesiod bezeichne nicht ein Individuum, sondern eine ganze Klasse, es sei ein Gattungsname, nur feierlicher und zierlicher als das schlichte Sänger oder Dichter. Da droht freilich die ehrwürdige Erscheinung des Hesiod sich wieder zu einem Nebelbilde zu verflüchtigen; allein jene Deutung ist sprachwidrig. Hesiod ist ein zwar ungewöhnlicher aber richtig gebildeter Eigenname, der um so weniger auf eine mythische Gestalt hinweist, da keinerlei Beziehung auf die Kunst, welche der

Quodsi nomine Hesiodi certum quoddam poesis genus indicari statuimus, non unum fuisse Hesiodum, sed plures per se intellegetur, perspicuumque erit, qui fabula illa oriri potuerit, quae Chalcide in Amphidamantis exsequiis factum certamen Hesiodi cum Homero fingebat: non facile enim erraveris, si ab Hesiodo quoddam et Homero aliquo (etiam Homeri nomen certum genus poesis significat; v. Welcker. Cycl. ep. p. 122) seu a poetis Hesiodeae et Homericae scholae institutum esse hoc certamen statueris. Quodsi in Certamine Homeri et Hesiodi p. 366, 14 (Westerm. l. l. p. 41) Panides Hesiodo adiudicasse victoriam fertur, poesin didacticam Chalcide magis floruisse magisque fuisse acceptam quam Homericam inde discimus. Quocirca apud alios, qui Homericam praeferebant poesin, in reprehensionem ita incurrit Panides, ut *Πανείδου ψῆφος* de iis, qui inerudite et minus sapienter iudicassent, abiret in proverbium (v. Paroem. Gr. II. p. 606). Illius autem Certaminis auctorem esse Leschem quendam, non antiquum Pyrrhaeum, sed multo recentiorem, ex sequente Plutarchi loco colligas. Sic enim Conviv. Sept. Sapient. 10: *ἀκούομεν γὰρ ὅτι καὶ πρὸς τὰς Ἀμφιδάμαντος ταφὰς ἐς Χαλκίδα τῶν τότε σοφῶν οἱ δοκιμώτατοι ποιηταὶ συνῆλθον. (ἦν δὲ ὁ Ἀμφιδάμας ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ πολλὰ πράγματα παρασχὼν Ἐρετριεῦσιν ἐν ταῖς περὶ Ληλάντου μάχαις ἔπεσεν.) ἐπεὶ δὲ τὰ παρεσκευασμένα τοῖς ποιηταῖς ἔπη χαλεπὴν καὶ δύσκολον ἐποίει τὴν κρίσιν διὰ τὸ ἐφάμιλλον ἥ τε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν, Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, πολλὴν ἀπορίαν μετὰ αἰδοῦς τοῖς κρίνουσι παρεῖχεν, ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις καὶ προὔβαλον μέν, ὥς φησι Λέσχης·*

Μοῦσά μοι ἔννεπ' ἐκεῖνα, τὰ μήτ' ἐγένοντο πάροιθεν
μήτ' ἔσται μετόπισθεν.

ἀπεκρίνατο δὲ Ἡσίοδος ἐκ τοῦ παρατυχόντος·

ἀλλ' ὅταν ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
ἅρματα συντρίψωσιν ἐπειγόμενοι περὶ νίκης.

Nisi potius cum Hermanno facimus, qui op. VI. p. 145 verba, quae allegavimus, sic emendanda censebat: *ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις καὶ λέσχας* (v. Clinton. Fast. Hell. I. p. 361) sive *ἐρωτήσεις αὐτοσχεδίας καὶ προὔβαλεν ὁ μέν, ὥς φασι*, laudatus Marckscheffelio p. 38[16]).

Dichter übte, oder den Charakter seiner Poesie darin zu finden ist."

16) Aliam viam ingressus est Th. Bergk. Anal. Alex. p. 22, qui scripto *καὶ προὔβαλον, ὁ μὲν* verba *ὥς φησι Λέσχης* recentioris auctoris calamo addita putabat. Nuper etiam Nietzschius l. l. I. p. 536 de loco Plutarchi verba faciens Bergkii coniecturam

Sed revertimur ad Hesiodeos poetas. Pro eorum secta si dicimus etiam Teleclidis comoediam loqui, quam *Ἡσιόδους*, non *Ἡσίοδον*, inscripsit (v. Meinekii histor. crit. comicorum Graecorum p. 88), fortasse habebimus eos adversarios, qui ex Cratini Archilochiis eodem iure sectam Archilochiam elici posse asseverabunt. Sed mirum quantum haec differunt. Archilochi enim nomen in praedicatum paulatim abiit, Hesiodi vero si plures dicuntur, non potest id aliter intellegi quam de via ac ratione poesis, quam sectati sint; pronum est igitur intellegere Archilochos Cratini chorum quasi sugillatorum constituisse, Teleclidis vero Hesiodos eorum, qui ex mente Ascraei poetae, i. e. ex utilitate de poematis, quorum frequens apud Teleclidem mentio erat, iudicarent. Haec autem utilitas (*ὡς ὠφέλιμοι τῶν ποιητῶν οἱ γενναῖοι γεγένηνται*) cur in Boeotia atque in adiacentibus regionibus imprimis accepta fuerit, non mirabitur is, qui meminerit, totam illam regionem ab hominibus simplicibus atque rusticis incultam fuisse, qui accuratius quam oppidorum cives utilitatem omnium rerum et negotiorum observitent[17]).

---

amplexus est. — Omnino autem Certamen Homeri et Hesiodi illo Plutarcheo libello recentius esse certis argumentis probaverat Marckscheff. p. 38.

17) Goettlingius ipse hoc loco secundum Lobeck. Aglaoph. p. 322 cum de Trophonii Amphiaraique oraculo tum etiam de Delphico Apollinis cogitaverat, quorum vim atque auctoritatem tantam fuisse diserte exposuit, ut Boeotos, inprimisque Boeotorum poëtas iis se applicuisse ex verbis Pausaniae IX, 40, 1 pro certo credendum esset. Cf. eiusdem viri dissertationem: die delphischen Sprüche in Ber. d. Sächs. Ges. I. p. 298 seq. (Ges. Abhandl. I. p. 221—250). Deinde postquam F. Schultzius in Philol. XXIV p. 193—226 e cod. Med. LX n. 4 omnem proverbiorum Delphicorum apparatum nimia cum industria convasavit, ne Ernestus Curtius quidem de Delphici oraculi auctoritate, cui praeter Hesiodum etiam alii vel poetae vel philosophi obnoxii fuissent, dubitandum esse censuit. Sic enim vir doctissimus in Histor. Graec. I. p. 498 (ed. IV. a. 1874): „Endlich tritt bei den Weisen und Dichtern, welche sich an Delphi angeschlossen haben, auch jene ernstere Ansicht, die den homerischen Vorstellungen am kräftigsten entgegentritt, am entschiedensten hervor. So zuerst bei Hesiodos, in dessen Gedichten das irdische Leben von dem fröhlichen Glanze, den Homer darüber ausbreitet, ganz entkleidet erscheint; es ist ihm ein gesunkener und verkümmerter Zustand, eine schwere Schule, welche der Mensch in Uebung der Tugend durchzumachen hat, indem er dabei von verklärten Geistern beobachtet und unterstützt wird." Eiusdem fere sententiae erat Ahrensius in Ber. d. Philol. a. 1852 p. 73 seq. qui nonnullis ex formis sermonis Hesiodei dialecti Delphicae vestigia ibi compa-

Homerica igitur et Hesiodea poesis quomodo inter se differant, diligentius hoc loco videtur declarandum esse. Quod ad argumentum attinet, hanc diversitatem recte iam exposuisse videtur is, qui Musas in Theogoniae prooemio sic dicentes introduxit: *ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα, ἴδμεν δ', εὖτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι.* Qui ita dixit, *τοῖς ψεύδεσι* sine dubio notare alteram poesis epicae, quam Homericam diximus, rationem voluit, cum *τοῖς ἀληθέσιν* Hesiodeam laudare in animo esset. Nec dubitabit de hac re qui loci Pindarici Nem. VII, 30 meminerit: *ἐγὼ δὲ πλέον' ἔλπομαι Λόγον Ὀδυσσέος ἢ πάθεν διὰ τὸν ἁδυεπῆ*[18]) *γενέσθ' Ὅμηρον. Ἐπεὶ ψεύδεσί οἱ ποτανᾷ τε μαχανᾷ Σεμνὸν ἔπεστί τι.* Illa autem *ἀληθέα* tam ad deos quam ad mores hominum pertinent, qui etiam ab oraculis reguntur. Porro Homeri secta fidibus canebat, cum carmina sua recitabat, Hesiodei vero poetae assa voce stantes decantare vel potius declamitare poemata solebant sine citharae modis. Pausan. X, 7, 2: *λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδον ἀπελασθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον.* Recte igitur axamenta vel assamenta dici poterunt, quemadmodum carmina Saliaria dicebantur, quae cum item theogoniam Romanorum continerent, etiam sine tibiarum cantu proferebantur. Stantes autem id fecisse poetas et per se probabile est et demonstratur loco Luciani (Icaromen. c. 27): *καὶ αἱ Μοῦσαι ἀναστᾶσαι τῆς Ἡσιόδου Θεογονίας ᾖσαν,* quod recte Boeckhius ad Pind. fragm.

---

rere conclusit, quod antea etiam Goettlingius esse divinans strictim breviterque attigerat. Sed omnes has formas nimis audacter ad dialectum Delphicam reiici Ahrensiumque in ea re magnopere falsum esse certis collegerunt argumentis Al. Rzach. Dialekt d. Hesiodos p. 464 seq. Flach. d. dialektische Digamma d. Hesiodos p. 74—77. Cf. eiusdem dissertationem de duobus antiquissimis Hesiodi codicibus p. 25. Quocirca haud iniuria tota illa Goettlingii, Ahrensii, aliorumque de Delphorum oraculo, de potestate deque Delphicae dialecti vestigiis doctrina in fabularum seriem releganda est, quas in Hesiodi vita et sermone illustrandis plurimum valuisse inter omnes constat. Cf. etiam Bernhardyi Lit. Gr. I. p. 306 seq. (ed. IV. a. 1876). Multo igitur rectius omnes sermonis Hesiodei proprietates ad dialectum Doricam Locrorum referendae sunt. Cf. Bergk. Lit. Gr. I. p. 921.

18) Solo hoc vocabulo sufficiebat id significare. V. Herodot. VII, 101: *ὦ βασιλεῦ, κότερα ἀληθηΐῃ χρήσομαι πρός σε ἢ ἡδονῇ;* Thuc. VI, 17: *εἴ τι καθ' ἡδονὴν λέγοιτο.* Aeschines c. Ctesiph. p. 71, 34. HSt.: *πότερα τἀληθὲς εἴπω ἢ τὸ ἥδιστον ἀκοῦσαι;* Callim. Ep. XIV, 5: *οὗτος ἐμὸς λόγος ὔμμιν ἀληθινός, εἰ δὲ τὸν ἡδὺν βούλει κ. τ. λ.*

p. 560 notavit. Atque eodem modo ut sine musica oracula proferrentur antiquissimi mores Graecorum postulabant (Plut. de Pyth. orac. 22). Deinde lauri ramum vel bacillum (*ῥάβδον, σκῆπτρον*; v. Theog. prooem. 30. Pausan. IX, 30) manu tenebant Hesiodei poetae, cum orabant. Ea enim erat lauri virtus secundum Graecos, ut et canentes vaticinandi facultate impleret (*ἐκστατικοὺς ἐποίει*) et promptos ad audiendum animos inspiraret audientibus (cf. O. Mueller. Dor. I. p. 336). Hunc bacilli usum recte Nietzschius (de histor. Homeri p. 139) comparavit cum more Graecorum in epulis ad ramum lauri vel myrti scolia canendi, ad idemque genus pertinere videntur tum *εἰρεσιῶναι*, tum frondes supplicantium, quibus persuadere cupiunt hominibus, a quibus mitiorem sortem exspectant, tum rami Panathenaeis a libertinis portati (v. Bekker. Anecd. I. p. 242), tum sceptrum, quod apud Homerum manu tenere solent praecones (sunt autem poetae *θεῶν ἄγγελοι καὶ κήρυκες* secundum Plutarchum de Pyth. or. 22) et orantes in concione, tum Mercurii *ῥάβδος* (Il. XXIV, 343). Atque propter hanc artem declamitandi sine citharae modis procul dubio hi poetae dicti sunt rhapsodi, quorum primum fuisse Hesiodum Nicocles dixit ap. Schol. Pind. Nem. II, 1, cum Homerici poetae aoedi vel *ἐπῶν ποιηταί* dicerentur. Exposuit de hac re Pausanias IX, 30: *κάθηται δὲ καὶ Ἡσίοδος κιθάραν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχων, οὐδέν τι οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα· δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν, ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε.* Cf. eund. X, 7, 2. Fuerunt igitur qui *ῥαψῳδόν* vocabulum a *ῥάβδῳ* deducerent, ut Callim. fragm. 138. Bentl., Dionysius Thrax ap. Bekk. Anecd. p. 630: *εἴρηται δὲ ῥαψῳδία οἱονεὶ ῥαβδῳδία τις οὖσα ἀπὸ τοῦ δαφνίνῃ ῥάβδῳ* (*συμβόλῳ Ἀπολλωνιακῷ* secundum Grammaticum Bekk. p. 766) *περιερχομένους ᾄδειν τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα*, Tzetza Exeg. Hom. p. 45. Neque ipsi adeo Pindaro ignota fuit originatio ista (Isthm. III, 55). Tamen dubium esse potest, num vera sit haec etymologia, quam probaverat olim Dissenius Pind. p. 362. Boeckh. Welckerusque imprimis sustentavit Cycl. ep., cum ad *ῥάπτειν* potius vocabulum pertinere videatur. Hoc ipse Hesiodus indicasse dicitur fragm. 227:

ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν,

et ipse Pindarus Nem. II, 1, atque eodem pertinent Luciani verba (*Διάλ. πρὸς Ἡσίοδον* c. 4) *ὅτι μηδέν ἐστι τῶν ἐρραψῳδημένων ὑπ' ἐμοῦ.* Conferas etiam scholiastam in Bekkeri

Anecd. p. 766 ἢ οὖν ἀπὸ τῆς ῥάβδου καὶ τῆς ᾠδῆς ἐτυμολο-
γεῖται ἡ ῥαψῳδία, ἢ ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν, ὅπερ ἐστὶ τὰ διεστῶτα
καὶ διακεχωρισμένα εἰς ἓν συνάπτοντα ὑγιάζειν. Quae autem
erit vera huius nominis significatio? Wolfius Prolegg.
p. XCVI ita: „Quae quidem est vera etymologia (παρὰ τὸ
ῥάπτειν ᾠδήν), sed ex antiquiorum temporum ingenio inter-
pretanda. Quippe aliud est breviora carmina modo et
ordine publicae recitationi apto connectere, seu,
ut Pindari Schol. ait, εἱρμόν τινα καὶ ῥαφὴν adhibere, aliud
centonem consuere.“ Quibus post pauca addidit: „simplici-
ter ad cantum rhapsodicum trahenda est locutio ῥάπτειν
ἀοιδήν in versibus Hesiodo tributis ap. Schol. Pindari;“
neque dubium esse potest, quin ἀοιδοί in his versibus pro-
prie adiectum sit propter Homerum, cum ῥάψαντες ἀοιδήν
pertinere ad Hesiodum videatur: ῥάπτειν enim ᾠδήν nihil
est aliud quam declamare carmina, atque quemadmodum
recte sermonem Latinorum derivamus a serendis vel
conserendis verbis, sic etiam ῥάπτειν (non συῤῥάπτειν)
ᾠδήν dicitur de serendis carminibus, i. e. de pronun-
tianda bene contexta oratione. De Xenophane phi-
losopho, quem publice declamasse sua, non aliena carmina
constat, Diogenes Laert. IX, 2, 3 eodem vocabulo utitur:
ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐῤῥαψῴδει τὰ ἑαυτοῦ. Haec rhapsodorum et
poetarum epicorum diversitas agnoscitur etiam in titulis
Orchomeniis n. 1583. Boeckh., ubi sic: ποιειτὰς Μήστωρ
Μήστορος Φωκαιεύς, et: ῥαψαϝυδὸς Κράτων Κλίωνος Θει-
βεῖος, et n. 1584, ubi ῥαψῳδὸς Νουμήνιος Νουμηνίου Ἀθη-
ναῖος, ποιητὴς ἐπῶν Ἀμινίας Ἀπολλοδότου Κρησαῖος. Cf. n.
1585. 1587. Sed quid, si etiam Homeri singula carmina
rhapsodiae dicebantur? Nempe factum id est postero tem-
pore, quo etiam Homeri carmina sine fidibus a rhapsodis
declamitabantur, postea tragico etiam ad hoc negotium in-
structis vestitu et armatis. V. Platon. Ion. p. 530. Xeno-
phon. Mem. IV, 2, 10. Athen. XIV. p. 620 C. Achil-
les Tat. III, 20. Cf. Meier. v. Panathenaeen in Encycl.
p. 284 sq. Primus videtur Cynaethus Chius fuisse, qui
hanc sine fidibus carmina recitandi rationem ad Homericam
poesin transferret, de quo v. Welcker. Cycl. ep. p. 358.
Atque immutata semel hac rhapsodi vocabuli significatione
eo etiam perventum est, ut rhapsodi histrionibus et choreu-
tis opponerentur, i. e. dramaticis et lyricis (v. Platon.
Polit. I. p. 373. B. Legg. II. p. 658). Sed procedente
tempore ita immutata est etiam Hesiodeorum carminum re-
citatio, ut ad lyram canerentur. Athen. XIV. p. 620 C:

Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου. Plutarch. Symp. IX, 1: Διὸ πρῶτον μὲν ἐκέλευσεν ᾆσαι τὸν Ἐράτωνα πρὸς τὴν λύραν. ᾄσαντος δὲ τὰ πρῶτα τῶν Ἔργων· οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἐπήνεσεν κτλ.[19]).

Haec omnia si quis ponderaverit, de schola didactica non dubitabit, quam si quis voluerit cum Thierschio (Comment. Acad. Mon. a. 1813) Boeoticam dicere, me non habebit adversarium, modo ne arctioribus quam par est finibus circumscribat. Nam ne in Locride quidem Dorica eiusmodi scholam Hesiodeam defuisse, cui carmina Aigimius et Κήυκος γάμος inscripta sint tribuenda, nuper probavit Th. Bergk. l. l. p. 1001 seq.

IV. De Hesiodi Operibus et Diebus et de *ΜΕΓΑΛΟΙΣ ΕΡΓΟΙΣ*.

Opera Hesiodi continere antiquissima praecepta practicae Graecorum philosophiae nemo facile erit qui neget, recteque Ἔργα initia philosophiae practicae dixit Friesius Histor. Philos. I. p. 83. Practica autem philosophia cum tripartita sit secundum Graecorum disciplinam comprehendatque Ethicam, Politicam et Oeconomicam, seu praecepta de homine, de cive, de patrefamilias, non mirandum est triplicis generis esse Hesiodi sic dicti praecepta. I. Ethica autem sunt v. 11, 203—247, 274—382, 707—764. II. Politica paucissima, 248—272, longe numerosiora III. oeconomica, quorum pars de eligenda uxore agit (695—705). Haec omnia sunt antiqua proverbia diversorum temporum, nec magis inter se cohaerent singula, quam Theognidis gnomae (v. Wolf. Prolegg. p. 127) aut ea quae Phocylidi adscribuntur praecepta et similia apud alios populos. Proverbia popularia esse vel ex eo patet, quod quaedam sunt minus liberalia (ut v. 371), quaedam popularem spirant superstitionem, indignam poeta liberali[20]). Atque haec pro-

19) De toto hoc capite cf. quae nuper scite exposuit Volkmann. Gesch. u. Kritik d. Wolf. Proleg. p. 276—315. (Leipzig 1874).

20) Quin proverbia quaedam inveniuntur, quae contrariam aliorum proverbiorum sententiam continent, in quibus praecipue haberi potest v. 378. De quo versu G. Hermannus (Zeitschrift f. Alterthumsw. 1836 p. 532) ita: „Tertius horum versuum cum pugnare cum praecedentibus non solum Proclo, sed etiam, si Tzetzae fides est, iam Aristarcho Plutarchoque visus sit, Doederlinus eum ita defendendum indicavit, ut ἕτερον non ad παῖδα referretur, sed dictum esset de possessore. Posset hoc fieri, si abessent qui praecedunt versus, sed praegressis his nemo illum

verbia videntur praecipue fuisse, quae ediscenda suasit Cicero Leptae filio (ad Fam. VI, 18). Praeter haec autem in oeconomicis praeceptis alia quaedam uberiora carmina habenda sunt, quae IV. rusticis de agro colendo (383—617) et V. mercatoribus de navigatione (618—694) praecepit Hesiodus, Helotarum poeta propter id ipsum a Spartano rege dictus (cf. Dio Chrys. Or. II. p. 74 sq.). In praeceptis rusticis praeterea habendum est VI. illud Calendarium, quod Operibus adiicitur inde a v. 765. Ab his omnibus via ac ratione prorsus diversa sunt tria carmina, quorum primum VII. (v. 42—105) de Prometheo et Pandora fabulam prosequitur, alterum VIII. (109—201) de quinque aetatibus agit, tertium IX. (513—535) descriptionem hiemis adiicit. (V. Steitz. Werke u. Tage p. 137). Ceterum imprimis etiam notandum est per apostrophen se convertere poetam ad Persem, fratrem suum, his locis: in ethicis v. 27. 212. 274. 286. 299, in rusticis v. 397, in praeceptis de navigatione v. 633. 641, in politicis vero (v. 248, 263) ne mentio quidem iniicitur Persae, sed Reges adloquitur poeta, ad quos proprie videtur hoc argumentum pertinere. In Calendario et in tribus illis amplioribus carminibus, quae modo commemoravi, nulla omnino apostrophes mentio, neque ad Persen neque ad aliam personam certam directae. Vides igitur magnam dubitationem de uno horum carminum auctore iniici et propter diversam apostrophen, quae unum eundemque poetam in uno eodemque poemate non decet, et propter omissam prorsus apostrophen. Ac primum quidem patere videtur accuratius inspicientibus Calendarium istud posterius adiectum esse. *Ἔργα* enim primo appellabantur haec carmina (Pausan. IX, 31) nec Aristophanes (Ran. 1034) nosse videtur *ἡμέρας*, postea vero *Ἔργα καὶ Ἡμέραι*, cum Calendarium adiectum

versum non ad filium referet. — Recte vero omnia procedent tertio versu explicato quidem ita, uti suasit Doederlinus, sed posito ante eum, qui in libris primus (376) est. Cum autem etiam in quarto requiratur *καί*, erit ille sic scribendus:

ῥέα δέ κε καὶ πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον."

Si cohaerent inter se hi versus, satius esse duco statuere *μουνογενῆ παῖδα* dictum esse eadem significatione atque *μοῦνον* explicandumque: optimum erit, ut uni hereditatem relinquas. Addit Hermannus: „Praeterea haud scio an ultimum versum (380) sic scribi praestet:

πλείων γὰρ πολλῶν μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη."

Si cohaerent haec cum antecedentibus, praestat sane *γάρ*; si generalis est sententia per se spectanda, non opus erit hac correctione.

esset (cf., ut hoc exemplo utar, Etym. M. p. 38, 14). Nec a Boeoto profectum esse potest Calendarium propter fabulam de Apolline nato die septima Thargelionis mensis (Oper. 771), quae ad Delios, non ad Boeotos pertinet (v. Valckenar. ad Aristob. p. 113. Mueller. Dor. I. p. 309. Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 434[21]). Calendario vero aliud carmen olim adiectum fuisse, *Ἔπη μαντικά* sive *Ὀρνιθομαντείαν* dictum (nisi haec differunt), auctor est Anonymus ad Oper. 824: *τούτοις δὲ ἐπάγουσί τινες τὴν Ὀρνιθομαντείαν, ἅτινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ.* Neque hanc partem novisse videtur Lucianus (*Διαλ. πρ. Ἡσίοδον*). De his similibusque additamentis intellegenda erant verba Pausan. IX, 31: *καὶ ὅσα ἐπὶ ἔργοις τε καὶ ἡμέραις.* Sed etiam ceterae partes, in quibus Persis mentio non iniicitur, suo peculiari titulo gaudebant; altera (v. 42 seq.) *Πανδώρα* vel *Πιθοιγία*, altera (109—201) *Δαιμονολογία* aliquoties a grammaticis dicitur. Porro praecepta de agricolatione a Luciano Dial. de Hes. c. 1 dicuntur *Παραινέσεις γεωργικαί*, ab Aristophane Ran. 1034 *γῆς ἐργασίαι*, atque in his quidem *καρπῶν ὧραι* et *ἄροτοι.* Iam si interrogas, cur huic carminum diversorum collectioni *Ἔργων* nomen inditum sit, maxime id factum esse quis coniiciat propter v. 383—617, quibus de agro colendo agitur. Huc enim referendi sunt Plutarch. Thes. 3: *οἵᾳ (σοφίᾳ) χρησάμενος Ἡσίοδος εὐδοκίμει μάλιστα περὶ τὰς ἐν τοῖς Ἔργοις γνωμολογίας.* Lucianus Dial. de Hes. c. 1: *ἔτι δὲ γυναικῶν ἀρετὰς καὶ παραινέσεις γεωργικάς.*

Ac primus quidem, qui variorum carminum suturas in corpore *Ἔργων* declarare conaretur, Twestenius fuit in commentatione critica de carmine Hesiodi, quod inscribitur Opera et Dies. Is acute quidem, Heinrichii vestigiis (Epimenid. p. 157) insistens, varias recensiones detexit saepissimeque cum optimo successu multa non cohaerere in Hesiodi carmine demonstravit. Secutus est Spohnius, qui in editione Operum alia quaedam notis criticis enodavit. Simile consilium postea aperuit Thierschius in commentatione de

21) Has Goettlingii causas redarguere tentavit Steitzius l. l. p. 172 seq. Recte enim vir doctus perspexit, Pausaniam brevitatis causa carmen Hesiodeum *Ἔργα* vocare, dum eidem carmine IX, 31, 5 nomen *Ἔργων καὶ Ἡμερῶν* tribuerit. Neque vero quidquam versu Aristoph. Ran. 1034 probari, quo loco si totius carminis Hesiodei argumentum afferretur, soli Operum v. 383—617 pro genuinis habendi essent. Apollinem autem septima Thargelionis mensis die natum etiam Delphorum incolis persuasum fuisse docuerunt Schoem. op. III. p. 25. Preller Myth. Gr. I. p. 187.

gnomicis carminibus Graecorum. Tum Lehrsius breviora et longiora carmina „ex ordine literarum“ inter se esse composita summa sagacitate usus professus est. Atque huius quidem viri iudicium in plurimis rebus ita secuti sumus, ut ad ipsius Lehrsii et Koechlyi exemplum, quo singula proverbia clarius unicuique paterent, ipsa illa verba, quae in diversis proverbiis repetuntur et quorum causa alii aliis adnectuntur, diductis literis exprimenda singulaque proverbia ab antecedentibus et sequentibus maiore intervallo separanda curaverimus. In paucis vero adeo implicite sententiam suam sustentare Lehrsius studuit, ut acumen potius ingenii demonstrasse quam veritatem assecutus esse putandus sit. Sed haec Lehrsii audacia accommodatior criticae Hesiodeae fuit et multo plus attulit utilitatis, quam C. F. Rankii, viri in his rebus *ὀρθοδοξοτάτου*, superstitiosa paene *Ἔργων* Hesiodeorum, tanquam carminis continui mirificeque inter se cohaerentis, veneratio, qua non deterritus est a conamine excusandi vel prooemii *Ἔργων*. Denique Aug. Steitzius Lehrsio moderatior singulas Operum et Dierum partes penitus pernoscere et diiudicare reiiectisque versibus et locis subditiciis carmen ad primigeniam formam redigere conatus est, vir in sensu versuum indagando nescio an omnium sollertissimus.

Iam mentio facienda est *Ἔργων μεγάλων*, quorum reliquias nos fr. 16—26 exhibuimus. Fuisse enim qui Hesiodo tale adscriberent carmen uberius de agricultura exponens deque aliis rebus ad eam pertinentibus, lithicis adeo, si id concludere licet ex fragm. 23, et plantis (16—20), nobis persuasum est. Bene quidem de hac re disseruerunt post I. L. Hugium et Welckerum (Nov. Mus. Rhen. I. p. 425 sq.) Iulius Caesar (Zeitschrift für Alterthumswissenschaft. Ann. V. n. 65 sq.) et Marckscheffelius (Hesiodi — fragmenta p. 182); cum utroque enim et Welckero consentio in ratione emendandi loci Athenaei VIII. p. 364, ut *μεγάλων Ἠοιῶν καί* vocabula eiiciantur, etiam in interpretandis Manilii et Propertii locis, assentior dubiis, quae de Plinii fide moveri possunt, sed non facio cum ea sententia, quae *Ἔργα μεγάλα* collectionem esse statuit carminum Hesiodeorum didactici generis, quorum nobilissimum essent *Ἔργα καὶ Ἡμέραι*, quibus deinceps praeter ornithomantiam etiam *Χείρωνος Ὑποθῆκαι* adiectae essent. Huic sententiae refragantur imprimis Fragm. 16 et 23. Nam non satis cautum est iudicium Marckscheffelii p. 213 de loco Fulgentii: „quare profecto praestabit hoc testimonium auctori suo relinquere.“ Hoc quid aliud est, quam arma relinquere?

Minus etiam caute p. 191 de altero loco iudicavit: „Mihi si coniecturam proferre licet, Orphei nomen excidisse videtur“ (post *γενεαλογεῖ* in loco Procliano). Sed Procli verba cum sint perspicua, talem medicinam, qua Hesiodo substituatur Orpheus, quis adhibeat? Verba enim Procli sunt haec: *τὸ δ' ἀργύρεον* (Oper. 128) *ἔνιοι τῇ γῇ ἀκούουσι λέγοντες, ὅτι ἐν τοῖς Μεγάλοις Ἔργοις τὸ ἀργύριον τῆς Γῆς γενεαλογεῖ.* Scilicet fuerunt qui *τὸ χρύσεον γένος* non ex auro creatum dicerent, sed *τὸ χρύσεον* esse dictum pro *τὸ οὐράνιον* (cf. v. 112: *ὥςτε θεοὶ δ' ἔζωον*), *τὸ ἀργύρεον* pro *τὸ γήϊνον* (hoc enim est illud *τῇ γῇ ἀκούουσι*, quasi dixisset Hesiodus: *δεύτερον γένος οἱ θεοὶ πολὺ χειρότερον μετόπισθεν ἐποίησαν τῆς γῆς*, pro quo recentiores dixerunt *τῇ γῇ*; v. Schaef. ad Long. p. 331). Atque hanc explicationem grammaticos istos sustentasse Proclus dicit alio Hesiodi loco ex Magnis Operibus, ubi argentum dixerat esse Terra creatum (hoc enim est *τὸ ἀργύριον τῆς Γῆς γενεαλογεῖ*). Eo autem delati sunt grammatici isti, de quibus dicit Proclus versu 145, ubi *ἐκ μελιᾶν* vario modo exposuerunt, ut non solum *ἐκ μελιᾶν* eis esset pro *ἐκ Μελιᾶν νυμφῶν* (v. Proclum ad v. 144. Palaeph. 36), sed etiam ita ut intellegerent *ἀπὸ ξύλου τινὸς ἀνόητον γένος. — οὗτοι, φησίν, οὐκ ἐκ γένους θεῶν*, ita ut *οὐράνιον, γήϊνον, ξύλινον γένος* sibi opponerentur. Sic explicato loco neque confugiendum erit ad Lobeckii rationem (Agl. p. 414). Hoc saltem certum est, Procli verba de Hesiodo, non de alio poeta intellegi posse. Quare neque omnibus Plinii locis fidem derogare ausi sumus, quanquam de singulis quibusdam dubitare licet.

Hesiodo igitur carmen quoddam uberius adscribebatur *Ἔργα Μεγάλα* eodem modo dictum atque *Μεγάλαι Ἠοῖαι*, de quibus postea exponemus, et Aristotelis praeter alia Moralia etiam Magna Moralia esse dicebantur.

V. De Hesiodi Theogonia.

Longe aliter statuendum de Theogonia est, quam certam atque continuam eamque ab antiquioribus temporibus traditam Graecorum doctrinam de diis continere ex ipsa carminis inscriptione et argumenti siccitate declaratur. Theogonia enim quam Graeci dicebant prorsus respondet nostrae dogmaticae seu Glaubenslehre. Hoc enim vocabulo ita utitur Herodotus I, 132: *μάγος ἀνὴρ παρεστεὼς* (*τῇ θυσίῃ*) *ἐπαείδει θεογονίην, οἵην δὴ ἐκεῖνοι λέγουσι εἶναι τὴν ἐπαοιδήν*: haec enim *θεογονία* quid aliud continere potuit, quam

deorum Persicorum secundum certum ordinem commemorationem et invocationem? Longe ab hoc vocabulo significatione differebat *θεολογία*, quo nomine primus usus esse videtur Pherecydes (v. Sturz. Pherecyd. fr. p. 49; Apollon. de pron. p. 82) et quo doctrinam peculiarem docti vel sapientis alicuius hominis de diis comprehendebant. Accedit, quod totus deorum templis et caeremoniis vere cultorum ordo, qualem Hesiodus proposuit cum Homero (ab hoc enim non differt nisi levioribus quibusdam rebus), ad Olympum montem vere Graecum pertinet (v. 118. 529 etc.), quem omnes Graeci deorum sedem esse credebant. Haec enim causa est, cur vates Graeci, cum ex avibus vaticinabantur, versus Septentriones (i. e. versus Olympum) se convertebant. Si doctrinam Hesiodi ipsius in se contineret Theogonia, non communem religionem, non tradita ab antiquo tempore fidei, ut ita dicam, Graecorum, Olympi montis ne mentio quidem iniecta esset. Iam enim nemo, ut spero, erit, qui Homerum et Hesiodum, — dico autem Theogoniae auctorem — qui aetate aliquantum differunt, theogoniam Graecis finxisse putet, cum decantata illa verba Herodoti II, 53 nihil significent, quam Homerum et Hesiodum Graecis mythologiam exposuisse carminibus seu potius versibus, si Hesiodum praecipue respexeris. Nisi haec olim inhaesissent animis Graecorum, quae carmine suo arte quadam inculcare studet poeta, ut ne verum systema mythologicum, seu formula legitima, ut Cicero dicit, memoriae Graecorum eripiatur, longe uberiorem haberemus Theogoniam. Vere enim Quinctilianus Inst. X, 1 dicit: in nominibus magnam eius (Theogoniae) partem occupatam esse raroque assurgere Hesiodum: atque eam ob causam Theophilus ad Autol. p. 117 Sylb. dixit *κατάλογον τῆς θεογονίας τῶν παρ' αὐτῷ θεῶν ὀνομαζομένων*, quemadmodum *Κατάλογος γυναικῶν* aliud Hesiodi carmen appellatum est, et pars libri secundi Iliadis *κατάλογος νεῶν*. Atque hanc etiam fuisse sententiam eius, qui Theogoniae prooemium praemisit, satis declaratur eo, quod Musas introduxit loquentes ita: *ἴδμεν δ', εὖτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι.* Hoc autem quid aliud significat, quam *ἀληθεῖς μύθους* docere? Facta igitur Theogonia est eum in finem, ut festis diebus deorum recitaretur publice, quemadmodum id fecerunt Persae, cum sacra faciebant, ut testatus est Herodotus, et quemadmodum Romani, cum festis diebus carmen Saliare seu axamenta decantari iusserunt. Comparandus igitur in hac re Hesiodus cum Numa Pompilio, qui primus Saliare carmen composuisse dicitur: cui tamen postea addita sunt quaedam pro religione Romanorum paulatim exculta[22]).

Quodsi vero in eum finem, quem dixi, facta Theogonia est, non mirum videtur brevem eam fuisse, neque in ea editione, qua nos nunc utimur, magnas esse lacunas credendum est. Unam ipsi ad v. 206 indicavimus. De loco autem Manilii, ex quo quis alias fortasse lacunas statuerit, recte dixit Lobeckius Aglaoph. p. 306, de Nicandri loco, cuius idem Lobeckius memor fuit p. 567, disseruimus ad v. 313. Nec Schol. Gregor. in Catal. Bibl. Bodl. P. I. p. 46, cuius Lobeckius meminit, Hesiodi textum lacunae potest arguere: nam qui a Nicandro dicuntur Titanes non differunt a Gigantibus istius scholiastae (v. Gerhard. die zwölf Götter p. 11). Contra vero additamenta quaedam posteriorum temporum adhaerere Theogoniae Hesiodeae manifestum est. Haec autem ex quattuor imprimis fontibus derivanda esse videntur; ac primum quidem ex Theogoniis aliorum poetarum posterioris temporis quaedam huc adiecta esse non mirum est: Theogoniae enim adscribuntur Cyclo epico (v. C. W. Mueller.

---

22) Idem statuerat Völcker. die Myth. d. Jap. p. 255, iure refutatus a Flach. System d. hesiod. Kosmogonie p. 8, qui non doctrinam pontificalem, sed certam quandam et singularem philosophiae formulam Theogoniae carmine contineri ostendit, cui poëta popularis religionis dogmata fabulasque Graecas atque Phoenicias immiscuerit. — Antea iam Schoemannus op. ac. II. p. 464—474 et praef. ed. Theog. p. 13 seq. Goettlingii eiusque assectatorum iudicium refragare studuit. — Verum vidit etiam Welcker. Theog. p. 70 seq.: „Die Theogonie enthält sodann eine grosse Anzahl von Mythen und Personen einer höchst merkwürdigen Naturdichtung, die aber, obgleich sie in den genealogischen Zusammenhang aufgenommen sind, doch nur als einzelne Bilder volksmässiger Phantasie oder allegorische Personen zu nehmen sind, und wahrscheinlich nur zum kleinsten Theil das Gemüth der Menschen zu irgend einer Zeit, irgendwo in der Art berührt haben, dass sie zu religiöser Verehrung hätten anregen oder auf das Leben und Handeln Einfluss haben können. — Sehen wir auch von den alten Göttern ab, und wenden wir uns zu den positiven Göttern und Dämonen, so ist keineswegs im Voraus anzunehmen, dass diese mehr im hieratischen Geiste aufgefasst und behandelt seien, als in freiem poetischen Sinne irgend eines andern Epikers." — Erravit igitur, ut saepius, Bernhardyus l. l. I. p. 342: „Als diese neuen Gedanken in die Litteratur eintraten, mussten sie die Begriffe des sittlichen Lebens nicht weniger ändern, als das Gebiet der theogonischen Fabel. Letztere verlor viel von der ursprünglichen Plastik und naiven Sinnlichkeit, erhielt aber durch den steten Zufluss Asiatischer Sagen einen unbegrenzten Zuwachs. Da sie nun allseitig den praktischen Zwecken des Priesterthums diente, so wurden ihre Stoffe geregelt und unter Ordnungen eines zusammenhängenden Systems gestellt."

de Cyclo Graecorum epico p. 52), Orpheo, Musaeo et Acusilao (v. Walzii Rhet. IX. p. 144); diversa ab Hesiodea usus est Chrysippus (v. ad Th. 927), aliam conscripsit Epimenides. Ex eiusmodi igitur rivulis derivandi esse videntur v. 217—222, 411—452, 501—506; deinde cultus deorum quorundam in regionibus quibusdam praecipue regnans alia invexit, qua in re merito excipiuntur Olympus, commemoratus cum Pieria, et Delphi (499), sanctissimae sedes deorum, quarum veneratio ad omnes Graecos peraeque pertinebat, merito alii loci, quibus secundum antiquam mythologiam aliquid factum est, ut Cythera, Othrys, Nemea cum adiacentibus locis.

Praeterea quaedam partes reliquae sunt ex variis variorum locorum recensionibus, quanquam in Theogonia propter ipsam carminis sanctimoniam hic locus non tantum patet, quantum crediderunt alii. Certe in argumentis levioribus tantum haec occupata esse poterant; denique quaedam a rhapsodis ornamenta adiecta esse videntur, quae a toto Theogoniae tenore abhorrent velut 144—145, 199—200, 722—725, 743—745, 774. 807—819 et al. Magnum autem fidei Theogoniae augmentum eo etiam accedit, quod postea haec Hesiodi Theogonia suos, ut sacri Christianorum libri, nacta est interpretes, Pherecydem, Acusilaum, Eumelum aliosque philosophos, qui, si philosophi alicuius fetum habuissent Theogoniam, ut nostrates quidam crediderunt, non opus habuissent interpretari summa fide adhibita, sed plane aut ignorassent aut abiecissent facilius, quod primus ausus Anaxagoras est, cum Helium non deum esse diceret, sed *μύδρον διάπυρον*, cuius ausus postea poenam luit magnam.

Omnis autem mythologia antiquorum populorum distributa est in partes tres, cosmogoniam s. doctrinam de mundo, theogoniam s. doctrinam de diis, heroogoniam s. doctrinam de hominibus. Harum quae primo loco est posita cosmogonia (a versu 116 usque ad 452) cum notiones vel numina contineat, quae cultu et religione prorsus apud Graecos erant destituta, nemo mirabitur, non eodem in omnibus ac singulis apud antiquissimos poetas niti fundamento. Sic sane Hesiodi cosmogonia videtur distare ab Homerica, quam poeta velut aliud agens commemoravit Iliad. XIV, 200, docens deos omnes progenitos esse Aqua seu Oceano ac Tethye. Quam cosmogoniam lepide imitatus est Vergilius Georg. IV, 381. Ex Hesiodi vero carmine systema physiologiae — licebit enim antiquo nomine significatione antiqua uti — multo elimatius Homerico et fortasse etiam recentius emergere videtur, in cuius fronte Chaos introducitur (i. e. magnum inane vel luft- und nebelförmige Urmaterie: v. Lucret. I, 1096; II, 121. Verg. Ecl. VI, 30), postea Materia (i. e. Tellus) et Amor cosmogonicus ita, ut illa primum ex se, sine coniuge, sed adiutore Amore (Hesiodeus enim Amor in cosmogonia fere idem est, quod *θυμός* in psychologia seu *τὸ φέρον*, quod Aristoteles dicit loco Metaphysicorum infra laudando, seu spiritus apud Verg. Aen. VI, 724), Coelum, Montes, Pontum procreet, postea cum Coelo concumbens praeter alia numina etiam Oceanum et Tethyn, quos ceteros deos progenuisse dicitur nusquam. Haec igitur magna sane videtur differentia esse, non tanta tamen, quanta videri possit primum considerantibus. Utraque enim cosmogonia via tantum differt, non ratione. Omnes enim dii secundum Homeri et Hesiodi doctrinam orti sunt ex materia, non hanc procreaverunt ipsi. Hac autem pantheistica (utimur enim recepto apud nos vocabulo) doctrina Graecorum cosmogonia toto coelo differt a cosmogonia populorum orientalium, Aegyptiorum praecipue et Persarum, quorum dii materiam aut ipsi procrearunt aut certe oppositi materiei sunt. Aliam doctrinam inter Graecos primus secundum Diogenem Laertium I, 1, 9 Thales videtur proposuisse sententia hac: *κόσμος ποίημα θεοῦ*, Hesiodum in aliis vestigiis persecutus, ut docuit Flach. System p. 10—23. In prima parte mythologiae, cosmogonia, cum philosophis laudatur Hesiodus ab Aristotele cum Empedocle, Parmenide, Hermotimo (Metaph. I, 1). Ita Plutarchus de Pythiae orac. 18: *πρότερον μὲν ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥςπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Θαλῆς.* Diogenes L. IX, 3, 3: *καὶ αὐτὸς (Παρμενίδης) δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς.* Certa vero huius cosmogoniae explicatio aliunde peti non posse videtur, quam ex etymologia, ut facere conatus est Hermannus (de mythologia Graecorum antiquissima in opusc. ac. I. p. 167 seq. et in Epistola ad Frid. Creuzerum Lips. 1819). Modo meminerimus in tam antiquis vocabulis (nemo enim Hesiodum ipsum dicet inventorem) eo maiore opus esse cautione, quo remotiora sunt tempora, quibus procusa sunt. Praeterea autem id quoque observatione dignum videtur, quod non omnibus temporibus eos homines, qui fabulas mythicas composuerunt, omnia nomina quibus usi fuerint recte intellexisse, imo saepius falsam etymologiam secutos esse satis constat. Quibus expositis Hermanni artem, quam nuper summa cum

temeritate qua vera falsis plane commiscerent, adoptaverunt ii, qui mythos Indogermanicos solent comparare, in multis esse lubricam liquido patebit.

Theogonia porro, quae sequitur inde a versu 453 usque ad v. 962, vere est antiqua Homericorum carminum, politici argumenti, aliena ab physiologia. Quare in hac parte non consentiendum est cum Hermanno, qui explicationem physiologicam ultra cosmogoniam etiam, i. e. ultra v. 452, extendere conatus est. Politicam vero cum dico priscam theogoniam, intellectum id eo velim sensu, quem ex communi Graecorum sententia exposuit Aristoteles Polit. I, 1: *καὶ τοὺς θεοὺς δὲ διὰ τοῦτο πάντες φασὶ βασιλεύεσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ μὲν ἔτι καὶ νῦν, οἱ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο. ὥςπερ δὲ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν ἄνθρωποι οὕτοι καὶ τοὺς βίους τῶν θεῶν.* Antiquissima enim Graecorum theogonia simul cum exorto regno, antiquissima illa reipublicae humanae forma, excogitata est a primo rege, qui item primus sacerdos erat, cui novus rerum ordo prae antiquato patriarcharum (*φυλάρχων*) regimine — nam antequam unius nutui phylae seu tribus politicae parebant, subiectae singulae singulis erant principibus populorum — religione etiam videbatur sanciendus esse.

Ita factum est, ut tres deorum aetates theogonia Graeca crearet, quarum prima est deorum materialium (ita enim licebit dicere), sub Imperio Caeli, sive ea aetas, quae numina cosmogonica complectitur apud Hesiodum, Oceanum et Tethyn apud Homerum, atque horum numinum apud Hesiodum non definitus numerus est (v. 129); secunda est patriarchalium sive Titanum, quam Cronus, Rhea al. conficiunt: horum certus numerus est, sunt enim duodecim (v. 133—137), sex mares totidemque feminae (v. Gerhard. die zwölf Götter p. 5); tertia regalium, in quibus tres sunt potentissimi (*τριχθὰ πάντα δέδασται*), Iuppiter, Neptunus, Pluto, ita tamen, ut Iuppiter longe ceteros superet, quo appareat summum esse unum. Primae autem et secundae aetatis dii, qui uno Titanum nomine comprehendebantur, cum antiquissimis temporibus templa non haberent in Graecia (hoc primus omnium recte enucleavit Buttmannus, postea Muellerus Myth. p. 373 et Gerhardius: Ueber die zwölf Götter p. 4. 5), ab antiquis mythologiae Graecae conditoribus eo praecipue consilio additi sunt, ut, exortis semel ex materia rebus, novi regii imperii maior dignitas et auctoritas esse videretur, quam antiquorum patrum seu patriarcharum fuisset. Hoc igitur, cum quasi cardo esset totius

religionis Graecorum politicae, non mirandum est uberiore a poeta ornatum esse descriptione. Factum id est primum Titanomachia 617—745, qua Iuppiter imperium suum feliciter contra pristinorum deorum impetum tutatus est tandemque Olympum regiam sibi suisque diis constituit. Cum hac narratione egregie cohaeret id, quod de inferorum deorum sede atque de poena periurii deorum usque ad v. 806 a poeta expositum est. Altera autem theogoniae pars, quae item merito uberiore gaudet expositione, est Promethia a v. 507—616, qua regnum suum in homines firmiter ac severe constituit Iuppiter. Rationi vero prorsus est consentaneum, quod levius certamen (sic enim dicere licebit Iovis certamen cum Prometheo et hominibus) praegreditur graviori cum omnibus Titanibus certamini. Postea tribus his primariis aetatibus adiecta a Graecis quarta est, cuius princeps dicendus Apollo, rex vere ethicus et, ut ita dicam, aesymnetes (v. Aristotelem Pol. III, 9), quale epithetum non dedignati sunt Graecorum dii (v. Welcker. Additam. ad Trilog. p. 252), cum Iuppiter ipse nihil videretur aliud esse, quam antiquus heroici temporis rex politicus. Hoc autem addere licebit, ex tota quam exposuimus quattuor divinarum aetatum descriptione certissime apparere nondum sanctum fuisse Hesiodi tempore duodenarium illum Olympicorum deorum numerum, quo Iovi et Iunoni, Plutoni et Cereri, Neptuno et Vestae (Theog. 453) adiecti sunt Vulcanus et Minerva, Mars et Venus, Apollo et Diana. Hos enim quanquam novit Hesiodus, tamen ita commemorat locis inter se diversis, ut de hac re dubitare non liceat. Nobis autem dubium non est, quin sacer ille Cronidarum duodenarius numerus constitutus ab Atheniensibus sit, vel potius a Theseo, cum Panathenaeis institutis duodecim curias Atticas etiam religionis vinculo coniungeret; ita factum est, ut singularum curiarum singula numina, quae quaeque praecipue colerent, reciperentur in sacrum coetum. Hoc vel eo sustentatur, quod etiam Atticorum quattuor antiquarum tribuum nomina derivata sunt a cultu quattuor deorum in sacrum coetum receptorum: *Διάς, Ἀθηναΐς, Ποσειδωνιάς, Ἡφαιστιάς.* Sic igitur prorsus adstipulamur Gerhardio, viro doctissimo, qui in commentatione de duodecim Graecorum numinibus p. 9 ita scribit: „Unserer Annahme nach sind die zwölf Götter ein lose verbundener Verein hellenischer Stammgottheiten verschiedenes Ursprungs, denen die heilige Zwölfzahl zu nothdürftiger Einheit verhalf", et p. 13: „Dieser augenfälligen Verknüpfung verschiedener Stammgottheiten gemäss

mag das Alter der Götterzwölfzahl, die in Athen galt, der politischen Einigung attischer Stämme gleichzeitig seyn"[23]).

Sed pergimus ad tertiam carminis Hesiodei partem, quam dixi heroogoniam. Orditur ea versu 963 prorsusque diversa est ab ea heroum doctrina, quam habes Oper. 159 sqq. Haec autem progrediente tempore multas videtur mutationes et additamenta ita experta esse, ut quid antiquum sit, quid recentius, non facile sit perspectu, quanquam etiam totum heroogoniae appendicem Theogoniae carmini posteriori tempore adiectum esse veri non dissimile est. Facti enim heroes, ut vel historica Graecorum aetate agnoscebantur — ultimum enim heroum Cleomedem Astypalaeensem habendum esse publice oraculum Delphicum declaraverat Ol. LXXI. (Plut. Rom. 28. Pausan. VI, 9, 3) — ita etiam in heroogoniam relati olim videntur, quemadmodum hoc fieri solebat in Romanorum theogonia carminis Saliaris, cui Augustum Imperatorem, Germanicum, alios additos fuisse constat. Ac prorsus idem factum apud Graecos esse Panathenaeorum festum demonstrat. Peplo enim, qui una cum navi adducebatur in arcem, intextam fuisse totam mythologiam Graecorum atque imprimis eam eius partem, quae antiquum Titanum imperium novo imperio Iovis et Minervae exutum esse monstrabat, quis nescit? Sed praeter theogoniam etiam heroogoniam pictam fuisse per se est probabile et ostenditur eo, quod Demetrius adeo et Antigonus, quibus ut heroibus tribus novas consecraverant Athenienses, locum in Peplo invenerunt suum (Plutarch. Demetr. 11). Sed alios etiam acu pictos fuisse heroas probat Aristophanis locus Equit. 566. V. Meier. v. „Panathenaeen" in Encycl.

Nondum diximus de prooemio, quod carmini Hesiodeo praemissum est a v. 1—115. Hoc autem cum ipsa indicatione auctoris carminis non convenire ei usui, cui ab initio destinatam esse Theogoniam exposui, sponte patere videtur. Sed adiectum est eo tempore, quo festis diebus ad aras Theogoniam canere iam desueverant, atque adiectum eum in finem, ut tetricum carmen novorum ornamentorum illecebris, et poesis et musicae, homines alliceret in agonibus. Atque haec sententia de adiecto prooemio et indicato nomine auctoris

---

23) Nunc de eadem re consulere potes dissertationem, quam Lehrsius sub titulo „das sogenannte Zwölfgöttersystem" inseruit alteri editioni „Populäre Aufsätze" p. 235—258. (Lipsiae 1875). Antea Petersen. das Zwölfgöttersystem (Hamburg 1853) rem tetigerat. Cf. etiam Prelleri libellum „über das Zwölfgöttersystem d. Griechen" in Ber. d. Phil. 1846.

Theogoniae eximie sustentatur Pausaniae loco IX, 27: *Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐςποιήσαντα.* Quod si dixi in ipsa Hesiodi Theogonia rarissima esse variarum recensionum vestigia propter ipsam argumenti sanctitatem, non mirandum est alia omnia apparere in exordio facta. Huic enim sine dubio additamenta quaedam adiecta sunt tam longiora quam breviora[24]).

Illud unum denique silentio non praetermittere licet, quod nuper Ahrensius in ea dissertatione, quam supra laudavimus, dialectum Theogoniae ab Operum et Dierum sermone ita discrepare collegit, ut totius Theogoniae poetam ab Operum poeta diversum fuisse putaverit, allegans Paus. VIII, 18, 1. IX, 24, 2 et 35, 5. Idem statuebat etiam Capellius in Philol. Anzeiger VII. p. 293 seq., id quod nuperrime audacter repetivit. Pausaniae autem verbis nullam fere fidem habendam esse docuit Flach. Digamma p. 60 seq.

VI. De reliquis Hesiodo adscriptis carminibus.

Venimus nunc ad cetera Hesiodo adscripta carmina, omnia didactici generis et argumenti tam practici quam mythologici. De his omnibus conferendus est locus Pausaniae IX, 31, 4: *Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες παρειλημμένῃ δόξῃ λέγουσιν, ὡς ἄλλο Ἡσίοδος ποιῆσαι οὐδὲν ἢ τὰ Ἔργα· καὶ τούτων δὲ τὸ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦσι προοίμιον ἀρχὴν τῆς ποιήσεως εἶναι τὸ ἐς τὰς Ἔριδας λέγοντες, καί μοι μόλυβδον ἐδείκνυσαν, ἔνθα ἡ πηγή, τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου λελυμασμένον· ἐγγέγραπται δὲ αὐτῷ τὰ Ἔργα. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κεχωρισμένη τῆς προτέρας, ὡς πολύν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειεν· ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας καὶ Θεογονίαν τε καὶ ἐς τὸν μάντιν Μελάμποδα καὶ ὡς Θησεὺς ἐς τὸν ᾅδην ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη· παραινέσεις τε Χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ δὴ τῇ Ἀχιλ-*

---

24) De prooemio Theogoniae aliis aliud placebat. Cf. O. Müller in Ephem. Gott. 1834 p. 1381 Klausen. Hesiodus' Gedicht auf die Musen. in Mus. Rhen. III. p. 439—469. Hermann. in praefat. ad hymn. Homericos. Gruppius de Theog. p. 28. Lehrs. Pop. Auf. p. 233 (= 423). Deiters. de prooem. Theog. E. Köpke. Jahrb. f. wiss. Kritik 1845 p. 619. Osann. in Anecd. Rom. de nott. vett. crit. p. 271. Mure history of ant. litt. of Greece p. 507. Gerhard., d. hes. Theogonie p. 97 sq. Soetbeer. et Koechly in libellis de strophis Theogoniae. Elliger. de prooemio Hesiodeo. Bergk. Lit. Gr. I. p. 948 seq. In tanta sententiarum discrepantia illud unum pro certo accipere licet, quod Lehrsius docuit, laudatus a Deitersio, in prooemio Theogoniae plura hymnorum fragmenta latere, quibus singillatim prooemii loco rhapsodi usi fuerint.

λέως καὶ ὅσα ἐπὶ Ἔργοις τε καὶ Ἡμέραις. οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσίοδος διδαχθείη παρὰ Ἀκαρνάνων· καὶ ἔστιν ἔπη μαντικά, ὁπόσα τε ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν. Quibuscum conferas Pausan. VIII, 18, 1 Ἡσιόδου γὰρ δὴ ἔπη τὴν Θεογονίαν εἰσίν, οἳ νομίζουσι, et IX, 27, 2 Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα οἶδα γράψαντα. Aliter Suidas: ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα· Θεογονία, Ἔργα καὶ Ἡμέραι, Ἀσπίς, Γυναικῶν Κατάλογος ἐν βιβλίοις ε΄, Ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν τινα ἐρώμενον αὐτοῦ, περὶ Ἰδαίων δακτύλων καὶ ἄλλα πολλά. (De hac Suidae enumeratione v. Lehrs. Pindarscholien p. 159 not.) Praeterea Hesiodo tribuuntur Aegimius, Astronomia, Κήϋκος γάμος, Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν, Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασις, Γῆς περίοδος a variis scriptoribus suis quibusque locis in fragmentis allegatis. Vides etiam in his duplex fuisse argumentum, ut pars carminum pertineret ad mythologiam seu Theogoniam, Γυναικῶν κατάλογον, Ἠοίας, Ἀσπίδα, Αἰγίμιον, Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασιν, Ἐπιθαλάμιον, Κήϋκος γάμον, περὶ Ἰδαίων δακτύλων, pars ad practicum genus seu Opera, παραινέσεις Χείρωνος, ἀστρονομίαν. Titulum ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν (vel βάτραχόν) τινα ἐρώμενον αὐτοῦ, recentioris aetatis indicium habere, cuius praeterea per totam antiquitatem ne levissima quidem memoria extet, docuit Marckscheffel. p. 197. Age, singula carmina perlustremus.

I. Dicamus primum de celeberrimis mythologici generis poematis, de Catalogo et Eoeis. Duos fuisse titulos uni eidemque carmini inditos, quod plerique criticorum antea putaverant, primus praefracte negavit Marckscheffel. p. 102 seq., qui allegans Paus. I, 43, 1. I, 3, 1 (III, 24, 7). II, 2, 3. II, 16, 4. II, 26, 2. IV, 2, 1. VI, 26, 10. IX, 36, 6. IX, 40, 5. X, 31, 5 Pausaniam ipsum utrumque carmen distinxisse iure conclusit. Huc accedit, quod poeta in iis versibus, qui hodie supersunt, nonnunquam unam et eandem historiam bis narravit, quod nisi in diversis carminibus fieri vix poterat (V. de Buta, Neptuni filio Eustath. ad Il. p. 13 et Pausan. IV, 2, 1), neque omnibus locis idem historiae argumentum secutus est, cum Phinei et Endymionis fabulas in Eoeis aliter atque in Catalogo expositas fuisse constet (V. schol. ad Apoll. Rhod. II, 181. IV, 57.). Quodsi initium Scuti, ex Eoeis petitum, in quarto Catalogi libro fuisse antiquus tradidit grammaticus (in Argum. Scut. III), Eoeas quartum, quod Catalogum vel Catalogos vocabant, carminis librum effecisse i. e. Eoeas et hunc Catalogi librum non diversa fuisse manifestum est, v. Hesych. Ἠοῖαι ὁ

κατάλογος Ἡσιόδου. Etym. Gud. p. 246, 23 Ἠοῖαι. ἔστι κατάλογος Ἡσιόδου. Itaque in eis, quae Marckscheffel. p. 109 scite argumentatus est, etiam nunc acquiescendum videtur esse: „Quare sic iudicandum est, ut antiquis temporibus Eoeas a Catalogo diversas fuisse statuamus. Postero autem tempore haec carmina tum propter argumenti similitudinem tum propter Hesiodi nomen utrique impositum collecta et in unum corpus redacta sunt, ita quidem, ut cum Catalogus tres libros comprehenderet, Eoeis quarti nomen daretur, id quod e scholio illo Hesiodeo colligitur. Neque incredibile est, eas etiam quintum librum cuius Suidas meminit, effecisse; quanquam id incertum est, cum antiquorum scriptorum nemo praeterea quinti libri fecerit mentionem. Hac igitur coniectura probata, cui quid obstet, non video, utrique testimoniorum generi suus honos constare poterit. Cum igitur Eoeae cum Catalogis in unius carminis genealogici formam coniuncti essent, quod a quo factum sit prorsus nescitur, veteribus scriptoribus illo carminum corpore ita uti licebat, ut aut priscam differentiam spectarent, Eoeisque peculiare nomen tribuerent, aut utrumque carmen pro uno haberent idque Catalogi nomine significarent. Atque ad hoc corpus referenda videntur illa nomina, de quibus supra exposui. Nec mirum est, quod a plurimis scriptoribus unum tantum genealogicum Hesiodo tribui solet. Hi enim illam collectionem spectabant.“ Sosicratem vero Phanagoritam et Nicaenetum Sarnium parodia Hesiodeos libros perstrinxisse et ex eorum carminum titulis et ex Athenaei commemoratione p. 590 B videtur concludi posse: ἐπείπερ ἡμῖν ἐμπεδὼν ἐγένου κατάλογον γυναικῶν ποιουμένοις, οὐ κατὰ τοὺς Σωσικράτους τοῦ Φαναγορίτου Ἠοίους ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου ἢ Ἀβδηρίτου.

In Scuto Herculis, quod quo modo adnexum fuisse videatur Eoeis manifestum est, facile dignosci possunt tres partes, una eaque antiquissima a versu 1—56, quae desumpta ex Eoeis erat; hanc partem in Eoeis ipsis longe alia videntur secuta esse, de quibus optime exposuit O. Muellerus Dor. II. p. 478. Secunda pars est a versu 57—227, qui sunt coniungendi cum versibus 314 vel 313—480. Ex hac, ut videtur, parte quaedam ut Hesiodea laudaverat Stesichorus, probabiliter in Cycno (quae sententia est Muelleri probe illa ab Welckero Cycl. ep. p. 199 et Marckscheffelio p. 149 sustentata). Tertia eaque longe recentissima pars est descriptio Scuti v. 228—317, de qua sagacissime iudicium fecit Deitersius, Lehrsii vestigia premens.

Aristophanes Byzantius primus, ut videtur, de Scuti auctore Hesiodo dubitavit, certe videtur eius sententia secundum lectionem codicis Veneti: ὡς οὐκ οὖσαν ταύτην τὴν ὁπλοποιίαν Ἡσιόδου, imprimis valere de ea parte, quam diximus tertiam. Secuti sunt alii, ut Theodosius Alexandrinus, cuius verba haec sunt: εἰσὶ γὰρ πολλὰ ψευδεπίγραφα τῶν βιβλίων, ὡς ἡ Ἀσπὶς Ἡσιόδου, ἥτις οὐκ ἔστιν Ἡσιόδου, ἀλλ' ἑτέρου τινός, ὃς ἐχρήσατο ἐπιγραφῇ καὶ ὀνομασίᾳ Ἡσιόδου, ἵνα τὸ ποίημα κριθῇ ἄξιον τῆς ἀναγνώσεως καὶ ἀξιοπιστίας τοῦ ποιητοῦ Ἡσιόδου. V. Theodos. Grammat. p. 54, Bekkeri Anecd. p. 672, 2 p. 1163, Crameri Anecdota Oxon. IV, p. 315. Villoison Anecd. II. p. 174. Cf. Marckscheffel. p. 153. Contra non defuerunt qui Hesiodi partes susciperent, in quibus Apollonius Rhodius fuit. V. Argum. Scut. III.: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν αὐτοῦ εἶναι ἔκ τε τοῦ χαρακτῆρος καὶ ἐκ τοῦ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ. Praeter Apollonium Megacles Atheniensis dicitur pro genuino Hesiodi carmine habuisse. Sed pro Megacle sine dubio cum Schweighaeusero ad Athen. T. XI. p. 346 introducendus erat Megaclides, de quo ita Athenaeus XII. p. 512 E: διόπερ καὶ Μεγακλείδης ἐπιτιμᾷ τοῖς μεθ' Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ποιηταῖς, ὅσοι περὶ Ἡρακλέους εἰρήκασιν κ. τ. λ. Eiusdem non immemor erat Heinrichius praef. Scut. p. LXIII, quanquam apud eundem Athenaeum X. p. 419 A alius cuiusdam Megaclis liber περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν memoratur.

II. *Κήυκος γάμος* partem fuisse Catalogi vel Eoearum multi fuerunt qui dicerent, quanquam nonnulli grammaticorum carmen Hesiodo diserte abiudicabant. V. Athen. II. p. 49 B: κἂν γὰρ γραμματικῶν παῖδες ἀποξενῶσι τοῦ ποιητοῦ τὰ ἔπη ταῦτα, ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ ἀρχαῖα εἶναι. Plut. Quaest. Symp. VIII, 8, p. 750 ὡς ὁ τὸν Κήυκος γάμον ἐς τὰ Ἡσιόδου παρεμβαλὼν εἴρηκεν. Paucissimae conservatae reliquiae sunt, quibus adiiciendum nunc videtur illud fragmentum apud Schol. Platon. p. 373, quod Hesiodei carminis fuisse suspicatus erat Muellerus Dor. II. p. 481: αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν, vel potius: αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν, ut Hesiodus dixisse videtur, cuius postea invertit sententiam Eupolis. V. Meinekii Fragmenta poetarum com. ant. I. p. 542, qui Schneidewini in Zenobii textu coniecturam (v. Bergkii rell. com. Att. p. 440 et Schneidew. ad Zenob. prov. II, 19): οὕτως Ἡσίοδος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ, pro οὕτως Ἡράκλειτος recepit. Certe, si nihil mutandum esse videatur, ille Heraclitus non est Ephesius, sed

Comicus, cuius Ξενίζοντα commemoravit Athen. X. p. 414 D, nisi substituendus Heraclides est cum Meinekio Histor. crit. Com. Graec. p. 422. Omnino v. Marcksch. p. 154—157.

III. *Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν* Hesiodo adscriptum esse videtur propter argumentum, quod ab Eoeis non adeo diversum esse videbatur. Omnem eius notitiam debemus Tzetzae ad Lycophr. I. p. 261 (Müller), quem exscripsit Phavorin. lex. p. 612 a. Partem catalogi fuisse suspicatus est Heynius.

IV. *Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασις*, quam primus memoravit Paus. IX, 31, 5 (ὡς Θησεὺς ἐς τὸν ᾅδην ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη) Harlesio in Fabricii Bibl. Gr. I. p. 592 ex Aegimio desumptum carmen videbatur. De qua re vehementer dubitamus. Inductus in errorem esse videtur eo, quod Cercopi poetae, quem Aegimii auctorem fuerunt qui haberent, quaedam εἰς ᾅδου κατάβασις tribuitur, quae cum Orphici argumenti esset, nihil commune habebat cum argumento Aegimii mythologico. Argumentum indicasse videtur Plutarch. Thes. 35. Cum hoc autem si plura, ut multi credunt, coniuncta fuerunt alia, etiam de Aegle, propter quam deseruisse Ariadnam Theseus dicebatur, de qua re Hereas Megarensis exposuerat (Fragm. 113), non improbabile videtur etiam illos versus, quos ex nescio quo poeta idem Hereas allegaverat (Plut. Thes. 32):

τὸν (Ἄλυκον) ἐν εὐρυχόρῳ ποτ' Ἀφίδνῃ
μαρνάμενον Θησεὺς Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο
κτεῖνεν

pro Hesiodeis habendos esse. Hereas ab Etym. M. p. 436, 35 Heras dici videtur.

V. De carmine, quod *Αἰγίμιος* vocatur, v. Valckenar. ad Eurip. Phoen. p. 735: „Patrem poematis veterrimi meliores critici, dum silent, ignorare se fatebantur: nonnulli tribuerunt illud vel Hesiodo vel Cercopi Milesio. Aegimius Herculi vicem retulerat accepti beneficii: huic inscriptum poema complectebatur procul dubio bellum Aegimii cum Lapithis: Aegimii filiorumque duorum, ad quos tertius Hyllus accessit Heraclides, historiam. Alii quidem attigerunt hoc poema; sed diligenter egit atque eleganter de Aegimio Henr. Valesius Emend. I. c. XXXII." De hoc poemate cf. Müller Dor. I. p. 28. Welcker. Cycl. ep. p. 263. Marcksch. p. 160—169. Praecipuam argumenti carminis partem continet narratio Apollodori II, 7, 7, 3. V. Bergk. Lit. Gr. I. p. 1006. Unum addere liceat propter fragmenta 7 et 8. In hoc poemate sermonem etiam fuisse de Doriensium re-

publica novisque in ea legibus latis concludi potest ex Pindar. Pyth. I, 125: *αἰεὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμίου Δωρίοις.* Neque Hylli Timandraeque mentio abesse poterat.

VI. De carmine *περὶ Ἰδαίων δακτύλων* vide Lobeck. Agl. p. 1156: „Suidae testimonio nobis innotuit carminis Hesiodei inscriptio *περὶ Ἰδαίων Δακτύλων*, Cretensium an Phrygiorum haud facile dictu; nam totum amissum est. Sed eodem auctore Plinius Dactylos Cretae infert VII, 56, nisi ille, quos Hesiodus ambiguo nomine Idaeos vocaverat, suo arbitrio Idae Creticae infert, ut notiori. Sed etiam Hesiodi sententiam Clemens affert Strom. I. p. 362 (307) excusabili discrepantia, quoniam Hesiodo plura a diversis auctoribus subiecta sunt carmina. Is quidem, qui Theogoniam condidit, ubi Iovem in Creta natum et altum multis versibus narrat, educatores eius Dactylos silentio praetermittit, velut ignotos." Clem. Alex. T. II. p. 63 Dind. V. Marckscheffel. p. 171 seq.

VII. *Μελαμποδία*, quam Hesiodo tribuunt Athen. II. p. 40. XI. p. 498. XIII. p. 609. Clem. Al. Strom. VI. p. 266 Sylb. Strabo XIV. p. 642 ad idem genus mythologicum spectasse videtur. Divisum erat carmen in plures libros, quorum fragmenta ad nostrum tempus servata, ad Ius et ad Minyarum fabulas spectant. V. Marcksch. p. 169 seq. — V. Bergk. l. l. p. 1007 not., qui Philodem. *περὶ εὐσεβ.* p. 5 laudavit: *Αἰσχύλος ἐν — λέγει καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας.*

VIII. *Ἔπη μαντικα* recte monuit Marckscheffelius non esse habenda in titulis carminum Hesiodeorum, cum verba Pausaniae nihil videantur significare, quam multos esse in carminibus Hesiodeis versiculos, qui de vaticiniis agant; idem tamen dicendum erat de *ἐξηγήσεσιν ἐπὶ τέρασιν.* Monendum est enim, Pausaniam Herodotum et Homerum imitantem *τε* particulam (nisi praefers cum novissimis editoribus suppositiciam dicere) relativis ita adiungere, ut horum vim intendat; *ὁπόσα τε* sunt igitur quaecunque, neque *τε* illud cum *καί* ante *ἐξηγήσεις* componendum est. Totus igitur locus Pausaniae sic intellegendus. Post *ὅσα ἐπὶ ἔργοις καὶ ἡμέραις* nulla amplius titulorum Hesiodeorum commemoratio; pergit Pausanias ad vitam Hesiodi enarrandam; iam igitur cum dixisset secundum auctores quosdam Hesiodum apud Acarnanas didicisse divinationem (quod Acarnania inde ab Alcmaeone habebatur vatum feracissima, v. Valckenar. ad Herodot. I, 62, VII, 221. Clement. Alex. Strom. I. p. 245 Sylb.), postea adiecit posse huic sententiae ex ipsis Hesiodo adscriptis carminibus fidem quandam parari: quaecunque (*ὁπόσα τε*) enim et nos ipsi legimus, plena sunt divinationis et explicant prodigia. His vero verbis praecipue Hesiodi Opera innuisse putandus est: v. 383. 415. 448. 564—566. 571. 582. 609—619 all. Adde etiam Schol. Aeschyl. Prom. 793 (Fragm. 191): *περὶ γρυπῶν Ἡσίοδος πρῶτος ἐτερατεύσατο*, et Schaubach. Geschichte der Astronomie p. 36.

IX. Astronomia vel *ἀστρολογία* vel *ἀστρικὴ βίβλος* tribuitur Hesiodo a Plinio H. N. XVIII, 25: Occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam huius quoque nomine exstat Astrologia) tradidit fieri, cum aequinoctium auctumni conficeretur, Thales vigesimo die ab aequinoctio, Anaximander vigesimo nono, Euctemon XLVIII. Plut. de Pyth. or. 18: *ἐν μέτροις πρότερον Εὐδόξου καὶ Ἡσιόδου καὶ Θαλοῦ γραφόντων, εἴ γε Θαλῆς ἐποίησεν, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, τὴν αὐτῷ ἀναγραφομένην ἀστρολογίαν*: unde concludas Plutarchum *ἀστρονομίαν* pro vere Hesiodeo carmine habuisse. Idem statuit Tzetza in Chiliad. XII, 16 seq. Cautius Athen. XI. p. 491 C *τὸν τὴν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένην ποιήσαντα Ἀστρονομίαν* laudat.

X. Sequuntur *Χείρωνος ὑποθῆκαι*, de quarum argumento silere satius ducimus, quam quae nec sciri nec credi possunt proferre. Aristophanis Byzantii sententiam de libelli auctore protulimus fragm. 183. Mirum autem in modum erraverunt Suidas v. *Χείρων* et Eudoc. p. 437: *Χείρων ὁ Κένταυρος, τοῖς ἰατροῖς συναριθμεῖται, ὃς πρῶτος εὗρεν ἰατρικὴν διὰ βοτανῶν· ἔγραψεν ὑποθήκας δι' ἐπῶν, ἃς ποιεῖται πρὸς Ἀχιλλέα καὶ ἱππιατρικῶν* (l. *ἱππιατρικόν*), *διό, ὥς φασί τινες, καὶ Κένταυρος ὠνομάσθη.* Explicationem erroris dedit Marckscheffel. p. 177. Neque immerito fortasse hoc carmen amissum esse dolebat O. Müller Lit. Gr. I. p. 143.

XI. *Γῆς περίοδος*, quae tanquam poema Hesiodi citatur, nihil aliud esse videtur, quam Hesiodeorum locorum ab Eratosthene [Eudoxo] facta de hac re collectio et eo titulo insignita, qui ab Hecataeo inde celeberrimus erat. V. Klausen. Hecat. p. 13. Cui sententiae obstare dixerunt F. Osannus (Zeitschr. f. Alterth. 1841. p. 645) et Marckscheffelius p. 197, quod Strabo VII. p. 302 memoriam sententiae cum carminis nomine ex Ephori historiis hausisse videatur. Hoc autem minime concludere licet ex Strabonis verbis, qui versum *γλακτοφάγων εἰς αἶαν ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων* ex Hesiodo allegavisse Ephorum cum sentiret, ipse de suo addidit *ἐν τῇ καλουμένῃ γῆς περιόδῳ.* Nam vere Hesiodi carmen si fuisset *Γῆς περίοδος*, certe non addidisset *ἐν τῇ καλουμένῃ* Strabo. Cf. fr. 189.

XII. Quod Euthydemus apud Athenaeum III. p. 116 A praeterea Hesiodum inducit *περὶ ταρίχων* praecepta dantem, ipsius Euthydemi festivum inventum est. Cf. fr. 257 et Marcksch. p. 201.

VII. De antiquis grammaticis et commentatoribus Hesiodi.

In carminibus Hesiodeis edendis et explicandis multi numero grammatici antiqui operam posuerunt haud contemnendam, quanquam admodum paucae eorum adnotationes nostram tulerunt aetatem. Diximus de industria antiquos grammaticos. Quae enim Pisistrato adscribi videtur editio (v. Fragm. 113. Cf. Plut. Thes. 32) et quae Aristoteli tribuuntur *ἀπορήματα Ἡσιόδου ἐν α'* apud auctorem anonymum vitae Aristotelis (Menag. Diog. L. p. 202, Westermann. Biogr. Gr. p. 404) nimis sunt dubiae auctoritatis, quam ut hic in censum venire possint.[25]) De Praxiphanis, Theophrasti discipuli, iudicio de exordio diximus ad Oper. V, 1.[26]) Cf. Preller. de Praxiphane (Dorpat. 1842) et Classen. de Gramm. Gr. prim. p. 8.

I. Primus igitur nominandus Zenodotus est, Ephesius sine dubio, cuius adnotationes ad Theogoniam 5. 116 conservatae sunt a scholiastis.[27]) In adnotatione priore: *ἐν δὲ τοῖς Ζηνοδοτείοις γράφεται Τερμησσοῖο, κακῶς· ὁ γὰρ Τερμησσὸς ὄρος ἐστὶ καὶ οὐ ποταμός*, pro *τοῖς Ζενοδοτείαις* legendum est *ταῖς Ζηνοδοτείοις*, sc. *διορθώσεσι* sive *ἐκδόσεσι* (V. Schol. ad

25) V. Bergk. l. l. p. 989 not. 62: „Die Arbeit des Onomacritus beschränkte sich wohl auf eine ziemlich flüchtige Durchsicht des Textes, seine kritischen Hülfsmittel mögen unzulänglich gewesen sein; durch die Alexandriner ward die Sache nicht wesentlich gefördert, die werthvollen Handschriften, die noch Chrysippus benutzte, der bis an die Zeit des Aristophanes von Byzanz heranreicht, haben sie offenbar nicht gekannt."

26) V. Procli comment. p. 3 Gaisf.: *ὅτι δὲ τὸ προοίμιόν τινες διέγραψαν, ὥσπερ ἄλλοι τε καὶ Ἀρίσταρχος ὀβελίζων τοὺς στίχους καὶ Πραξιφάνης ὁ τοῦ Θεοφράστου μαθητής, μηδὲ τοῦτο ἀγνοῶμεν. οὗτος μέντοι καὶ ἐντυχεῖν φησιν ἀπροοιμιάστῳ τῷ βιβλίῳ καὶ ἀρχομένῳ χωρὶς τῆς ἐπικλήσεως τῶν Μουσῶν ἐντεῦθεν· οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος.*

27) De v. 116 dubitant Schoemann. op. II. p. 335. Welcker. Theog. p. 18, secuti Muetzell. p. 281, eam afferentes causam, quod nusquam Zenodotum commentarios Hesiodi conscripsisse traditum sit. Sed Ephesium et editionem curavisse et commentarios publicasse consectaneum est. V. Flach. Scholien p. 110 seq.

Il. IV, 3. Düntzer, Zenod. p. 18, Flach. Scholien p. 111). V. Apollon. Dysc. de pron. p. 140. B. Bekk.: *ἐν ταῖς Ζηνοδοτείοις διορθώσεσι δίχα τοῦ ν̄ Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος ἐγράφετο.* Etiam in Homeri recensione suam Boeotiae cognitionem demonstravit, quanquam et hic obtrectatores suos nactus est. V. Strabon. IX, p. 413: *Ζηνόδοτος δὲ γράφων· οἳ δὲ πολυστάφυλον Ἄσκρην ἔχον, οὐκ ἔοικεν ἐντυχεῖν τοῖς ὑπὸ Ἡσιόδου περὶ τῆς πατρίδος λεχθεῖσι καὶ τοῖς ὑπ' Εὐδόξου πολὺ χείρω λέγοντος περὶ τῆς Ἄσκρης*, unde sua convasavit Eustathius ad Il. p. 270 ed. R. Zenodotum igitur non legisse Hesiodum, quem edidit? Scilicet ista regio neque nunc prorsus aversa vino est.

Zenodoti lectiones et interpretationes per Didymi Chalcenteri commentarios ad nos venisse docuit Flach. l. l. p. 112 seq.

II. Sequitur Aristophanes Byzantius citatus a scholiastis ad Theogoniam v. 68: *ἐπεσημήνατο ταῦτ' ὁ Ἀριστοφάνης· νῦν περὶ τῆς ἀνόδου φησὶν αὐτῶν εἰς τὸν Ὄλυμπον. πρότερον γὰρ ἦν λόγος αὐτῷ περὶ τῆς ἐν τόπῳ αὐτῶν χορείας.* Haec, cum Aristophanis commentariorum nullum exstet vestigium, ex editione critica hausta videntur esse. (V. Nauck. Aristoph. fragm. p. 21. Schoem. op. II. p. 535.) Eundem Aristophanem Scutum Herculis Hesiodo abiudicavisse supra diximus. Praeterea dubius locus est in Schol. ad Theog. 126: *Δίδυμος δὲ τὸ ἶσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ἤγουν ὅτι καὶ αὐτὸς ὥςπερ αὐτὴ ἐγεννήθη. Καὶ Ἀριστοφάνης. Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ. ὅτε ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις.* Ex hoc loco, qui ita corrigendus esse videtur secundum codicum vestigia: *Ἀριστοφάνης τὸ ἐναντίον λέγει (ἄϊσον), ὡς καὶ Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ, ὅτι ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις*, haec sententia elicitur: quemadmodum igitur fortiorem et grandiorem filium Herculem Amphitruo progenuit, ita Terra Coelum.[28])

III. Apollonius Rhodius commemoratur ab auctore Argumenti III. Scuti: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ'* (i. e. in tertio commentariorum volumine: v. Flach. l. l. p. 97.

28) *Δίδυμος δὲ τὸ ἶσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον [ἤγουν ὅτι καὶ αὐτὸς ὥσπερ αὐτὴ ἐγεννήθη]. ὡς γὰρ ἶσος τὴν φύσιν Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ, οὕτως ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις* corr. Nauck. Arist. p. 60, cui assensus est Schmidt. Did. p. 300. *οὕτως καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν Ἡσίοδον ἐν τῷ β' καταλόγῳ λέγειν. Ἀμφιτρύων δ' αὐτοῦ γενναιότερόν (ποτε) παῖδα γεννᾷ* maluit Schoem. op. II. p. 537. V. Flach. l. l. p. 116.

Digamma p. 61) φησὶν αὐτοῦ (τοῦ Ἡσιόδου τὴν ἀσπίδα) εἶναι; porro a scholiastis ad Oper. 824, ad Theog. 26 οἱονεὶ ἀντὶ τοῦ περὶ τὴν γαστέρα μόνην ἀσχολούμενοι καὶ μόνα τὰ τῆς γαστρὸς φρονοῦντες. Ἀπολλώνιος μὲν ὁ Ῥόδιος λείπειν τινὰ μετὰ [duo verba addidit Schoem. op. II. p. 538] τὸν πρῶτον στίχον φησίν. V. etiam ad Oper. 828. Apollonii adnotationes servavit Aristonicus.

IV. Post hunc laudandus est Aristarchus, Aristophanis discipulus. Atque Orio quidem Thebanus v. Λακίδες· ἐπὶ σχίσματος ἱματίου παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ψοφεῖν ἠρέμα ἐν τῷ σχίζεσθαι· οὕτω Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς σημείοις Ἡσιόδου. Sed hic pro Ἀρίσταρχος scribendum esse Ἀριστόνικος, recte monuit Lehrsius Arist. p. 4. Certiores sunt alii loci. Exordium Operum ut spurium notaverat; porro 210. 211. 378. 740, ubi ita Proclus: ἄλλοι γράφουσι κακότητα· ἐπεὶ κακότητα οἶδεν ἀντὶ τοῦ ἐκακώθη. Ἀρίσταρχος δὲ ἀθετεῖ τὸν στίχον τοῦτον. ἄλλοι κακότητα ἔπι, οἱονεὶ ἐπὶ κακῷ ἑαυτοῦ. Theog. 114: οἱ περὶ Ἀρίσταρχον τὸ ἐξ ἀρχῆς μόνον λέγουσιν, (l. ψέγουσιν vel ὀβελίζουσιν v. Schoem. Theog. p. 308. Koechl. adnot. ad h. v.); vs. 115. 991, ubi pro Ἀρχίλοχος δὲ γράφει μύχιον cum Ruhnkenio praef. ad Hesych. p. VII legendum est Ἀρίσταρχος. Praeterea adnotationes quaedam Aristarchi commemorantur ad Op. 97: ὥς φασιν, ἔμεινεν ἐν τῷ πίθῳ ἡ ἐλπίς· ἔστι γὰρ τοῦτο ἐν ἀνθρώποις. — φησὶν οὖν Ἀρίσταρχος, ὅτι ἡ μὲν τῶν κακῶν ἔμεινεν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν, ὅθεν ἀκυρολογοῦμεν λέγοντες ἐλπίζειν κακά. ἡ γὰρ ἐλπὶς κακῶν, οὐ θεῶν.[29]) Ad Theog. 79: Ἀρίσταρχος τὸ προφερεστάτη ἀντὶ τοῦ πρεσβυτάτη ἤκουσεν. Aristarchi animadversiones partim ex ipsius commentariis, partim ex Aristonici περὶ σημείων Ἡσιόδου libris fluxerunt. Plures propter scholiorum indolem ac naturam Aristarchi ingenio tribuit Flach. Scholien p. 100 seq. Ὑπομνημάτων fragmenta collegerunt H. Waeschkius in Commentat. philol. p. 151 seq. (Lipsiae 1874). Flach. Annal. Phil. 1877 p. 433 seq.

V. Seleucus Alexandrinus, qui, ut ait Suidas, (v. etiam Eudoc. p. 386) ἔγραψεν ἐξηγητικὰ εἰς πάντα ὡς εἰπεῖν ποιητήν, citatur ad Oper. 96, ubi pro δόμοισι scripsit πίθοισι, Oper. 549, ubi pro πυροφόρος scr. ὀμβροφόρος, Scut. 415, ubi pro χαλκόν χαλκός; Theog. 114. 115 damnantur, 160 ἀχνυμένη, 270 καλλιπάρῃος scripsit. Theogoniam etiam edi-

29) Scholion corr. Lehrs. Arist. p. 200: ἡ γὰρ ἐλπὶς κακῶν οὐδ' ἐξήει. Aliam viam tentavit Hoerschelm. Act. Soc. Lips. IV. p. 332. Cf. adnot. ad Oper. 97.

disse conclusit Flach. p. 111. Fragmenta servavit Didymus. V. omnino M. Schmidt. Seleucus der Homeriker und seine Namensverwandten Philol. III. p. 436 seq.

VI. Didymus Chalcenterus duobus locis laudatur, uno ad Oper. 300: Δίδυμος δὲ κοτούροις, ὅτι κότον ἔχουσιν ἐν τῇ οὐρᾷ; altero ad Theog. 126: Δίδυμος τὸ ἴσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ὅτι καὶ αὐτὸς ὥςπερ καὶ αὐτὴ ἐγεννήθη, ut nescias, an singularem operam in Hesiodi carminibus interpretandis edendisve posuerit. V. Schmidt. Didym. p. 300. Alia autem Didymi scholia ad Theogoniam v. 5. 53. 114. 116. 117. 138. 139. 142. 160. 270. 287. 313. 326. 379. 485. 573. 767. 872. 914. 985 eruit Flach. l. l. p. 114 seq. ex ὑπομνήμασι εἰς Ἡσίοδον fluxisse merito concludens. In scholiis ad Opera et Dies nemo adhuc Didymi, quae hic ut in Theogonia latere satis constat, fragmenta collegit; collecturum sese promisit Flach.

VII. Sequitur Aristonicus Alexandrinus, qui περὶ τῶν σημείων (notas dicit Cicero in Pison. 30) τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου scripsit, testibus Suida v. Ἀριστόνικος et Eudoc. Viol. p. 64. Cf. Boeckh. Praef. Pind. p. XVI. Semel laudatur in scholiis, quae nostram aetatem tulerunt, Theog. 178: Ἀριστόνικος λοχεοῖό φησιν ὡς θυρεοῖο· λοχεὸς γὰρ λέγει, βεβίασται δὲ τὸ λοχέοιο παρὰ τὸ ἔθος. Sed complures ex Aristonici libro περὶ σημείων Ἡσιόδου adnotationes scholiastam antiquissimum excerpsisse e natura notarum ab Aristonico versibus Homericis adiectarum certis argumentis conclusit Flach. Fragmenta ad Theogoniam collegit l. l. p. 100—109, ad Opera et Dies Annal. Phil. 1877 p. 433—440. Aristarchi σημεῖα apposita erant Theogoniae v. 3. 10. 16. 17. 26. 28. 36 (om. in schol. ed.) 47. 60 (om. in schol. ed.) 62. 68. 79. 83. 91. 115. 132. 138. 144. 146. 148. 178. 223. 233. 250. 253. 267 (om. in schol. ed.) 273. 304. 311. 323. 330. 338. 366. 379. 425. 440. 465. 484. 573. 582. 599. 610. 613. 694. 696. 697. 703. 709. 713. 728. 732. 740. 746. 832. 875. 880. 927. 934. 943. 982. 991. 1004. Operibus et Diebus v. 1. 10. 11. 14. 15. 51. 60. 79. 85. 92. 94. 104. 122. 141. 145. 158. 172. 186. 189. 199. 207. 276. 293. 304. 317. 353. 378. 518. 538. 614. 629. 637. 641. 649. 657. 681. 720. 734. 735. 740. 746. 778. 820. In Scuto Herculis nulla notarum Aristarchi vestigia conspicua sunt, quo Aristarchum carmen pro spurio habuisse probabile fit.

VIII. Hos omnes ad scholam Alexandrinam constat pertinere. Sed etiam Aristarchi clarissimus adversarius et obtrectator, Crates Mallotes, bibliothecae et Musei Per-

gameni praefectus, operam laudabilem videtur posuisse in critica Hesiodea. V. Schol. ad Oper. 530: *Κράτης δὲ γράφει μαλκιόωντες*; ad Theog. 126: *ἀλλ' ὁ Κράτης ἀπορεῖ λέγων· εἰ γὰρ ἴσον, πῶς δύναται καλύπτειν; λέγει οὖν ἴσον ὅμοιον τῷ σχήματι, σφαιροειδῆ, τῷ μεγέθει δὲ ἀπειροπλάσιον.* Locus gravissimus est Schol. Theog. 142: *Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται· οἳ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες. πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππιδῶν καταλόγῳ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀνῃρῆσθαι ποιεῖ;* Ex quo apparere videtur Cratetem cognitam habuisse aliam Theogoniae recensionem, quam ea est, qua nunc nos utimur, quam sententiam etiam C. Wachsmuth. de Cratete Mallota p. 28 not. 1. amplexus est. Longe aliter autem de hoc loco Marckscheffelius iudicat p. 126, qui Cratetem hunc versum (*οἳ δ' ἐξ ἀθ.*) ex Leucippidum catalogo citasse in margine putat, ut diversitas narrationum in Theogonia et in Catalogis appareret. Et recte quidem monuit *παρατίθεσθαι* (et *παρατιθέναι*) significare multis locis „citare, laudare", sed multum differt dicere *παρατίθεσθαί τινα στίχον* et *παρατίθεσθαι στίχον ἀντὶ ἄλλου στίχου*, ut dicitur hic, quod nullo pacto potest significare id, quod Marckscheffelius voluit, quanquam Schoem. op. II. p. 534 et Theog. p. 105 not. ei adstipulatus est. Ita scholiasta dixisset potius: *τούτῳ τῷ στίχῳ ἄλλον στίχον παρατίθεται*, ut apud Platon. Leg. V. p. 735 C *παραθέσθαι τῷ λόγῳ*.

IX. In his grammaticis Pergamenis habendus est etiam Demetrius Ixio Adramyttenus, qui testibus Suida et Eudoc. p. 133 (Eudocia obscurius *εἰς Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐξήγησιν* laudat) *ἐξήγησιν εἰς Ἡσίοδον* scripsit.

X. Eodem Suida teste Dionysius Corinthius, poeta epicus, *καταλογάδην ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον* conscripserat, de quo v. Eudoc. p. 132. Idem esse videtur, quem una cum Polyzelo scholiasta Dorvillii allegavit ad Oper. 10. Fortasse autem de Dionysio Alexandrino grammatico, Glauci filio, cogitandum est, cuius scripta Suidas et Eudoc. p. 133 laudant.

XI. Hieronymi et Epaphroditi *ὑπόμνησιν Ἀσπίδος* ex Etym. M. citavimus ad Scut. 431. (Cf. Etym. Gud. v. *Ἀλκαία*). Epaphroditi commentationis fragmentum exstat etiam in scholio ad Scut. 301.

XII. Porro Plutarchus Chaeronensis quattuor libros commentariorum scripsit in Hesiodum (Aul. Gell. N. A. XX, 8), quorum multa sunt reliqua in Procli scholiis ad Hesiodi Opera. In Theogoniam commentarios non videtur

scripsisse. Collecta sunt fragmenta in T. XIV. Plutarch. Hutten. p. 292. (Tomo V. Moral. ed. Wyttenb.). Notarat ille ut spurios hos versus Operum: 267—273. 317. 318. 353—355. 375. 378. 561—563. 650—662. 757—759. 794—797. De ultimis certe ita Proclus: *τοὺς πρὸ τούτων δ' στίχους οὐδὲ μνήμης ὁ Πλούταρχος ἠξίωσεν ὡς ἂν μὴ φερομένους.* Hinc concludere licet composuisse Plutarchum commentarium continuum in Opera. Explicationes eius quae commemorentur dignae sunt hae: Op. 504. *Πλούταρχος οὐδένα φησὶν μῆνα Ληναιῶνα Βοιωτοὺς καλεῖν. ὑποπτεύει ἢ τὸν Βουκάτιον αὐτὸν λέγειν, ὅς ἐστιν ἡλίου τὸν αἰγόκερων διιόντος καὶ τὸ Βούδορα τῷ Βουκατίῳ συνᾴδειν διὰ τὸ πλείστους ἐν αὐτῷ διαφθείρεσθαι βόας, ἢ τὸν Ἑρμαῖον, ὅς ἐστι μετὰ τὸν Βουκάτιον καὶ ἐς ταὐτὸν ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι, καθ' ὃν καὶ τὰ Ληναῖα παρ' Ἀθηναίοις. Ἴωνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ληναιῶνα καλοῦσι.* Sic facile emendari possunt. Cf. Boeckh. Corp. Inscr. T. I. p. 732 et v. Oper. 504; ad vers. 748: *θυσίαν ταύτην ὁ Πλούταρχος πρόχειρον καὶ καθημερινὴν εἶπεν ὀρθῶς ἀφ' ὧν μέλλομεν ἐσθίειν ἱερὰ πάντα ποιοῦντες διὰ τὸ ἀπάρξασθαι· καὶ γὰρ αἱ τῶν ἱερῶν τραπεζώσεις τοῦτο εἶχον· ἀπαρξάμενοι γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἐδαίνυντο.* v. 750: *ὁ δὲ Πλούταρχός φησιν, ὅτι μὴ δεῖ τὰ νεογνὰ ἀκίνητα ἐᾶν καὶ ἀποτίθεσθαι ἐν ἀκινήτοις· ἀσθενέστερα γὰρ γίνεται· κινεῖν δὲ αὐτὰ ὅτι μάλιστα, κἂν ἐπὶ τινῶν αὐτά τις καθιζάνῃ, ἐπὶ κινουμένων καθιζάνειν καὶ σαλεύειν διὰ τούτων, οἷά τισιν εὐκίνητα κλινίδια μεμηχάνηται πρὸς τὴν τῶν παίδων εὐνήν.*

XIII. Proclus Lycius Diadochus, s. Syriani in cathedra philosophorum Atheniensi successor, mortuus Athenis anno Christ. Iuliano 485, anno aetatis septuagesimo quinto (v. Fabricii prolegg. ad Marini vitam Procli p. XXIV. ed. Boissonad. Cf. Cousin. Praef. ad Procli op. p. XX), scripsit *ὑπόμνημα εἰς τὰ Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέρας*, quod commemorant Suidas et Eudoc. p. 366. Exstat in optimis codd. Par. 2771 saec. XI et Dorvillian. X, 1. 3, 12, et maxima pars conservata est in sylloge scholiorum ad Hesiodum edita ab Th. Gaisfordio. Omissis Io. Tzetzae et Man. Moschopuli nugis separatim edidit Vollbehr. in ed. Op. et Dier. (Kiliae 1844). Longe praestant Procli adnotationes ceteris omnibus commentariis, quorum ad nos pervenit notitia, neque ea reprehensio, in quam indignus incurrit apud Welckerum Cycl. ep. p. 3 sq. opinionem nostram convellere potest, cum F. Rankius (de Hesiodi Operibus et Diebus comment. p. 4) recte demonstraverit commentationem de gente Hesiodi non esse Procli, sed Io. Tzetzae, cuius ipsum nomen in titulo

legitur in codice Vat. et Ven.[30]) Quod mihi quidem olim imposuerat, ut Procli esse hanc commentationem putarem, non Tzetzae, quem Procli verba in suum usum impudenter convertisse arbitrabar, locus est sic scriptus in codicibus: *Ἀριστοτέλης μὲν ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δέ, οἶμαι, ὁ τοὺς πέπλους συντάξας ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ Στησίχορον τὸν μελοποιὸν εἶναί φησιν υἱὸν Ἡσιόδου ἐκ τῆς Κλυμένης κ. τ. ἑ.* Haec verba, de quibus tacet Rankius, multo doctiorem hominem indicare videbantur, quam Tzetza fuit, atque hoc eo videbatur probabilius esse, quod sunt omissa inde ab *ὁ φιλόσοφος* usque ad *πολιτείᾳ* in Tzetzae scholiis a Trincavello editis p. 3, 4; iam si comparaveris cum verbis vere Proclianis in schol. ad Oper. 271, scrupulus alius iniicietur. Scribit enim is: *Φιλόχορος δὲ Στησίχορόν φησι τὸν ἀπὸ Κλυμένης.* Idem vero Proclus ad Op. 631 ita: *ὅθεν καὶ τὸν θεὸν Ὀρχομενίοις προστάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχομενίων πολιτείαν.* Atque similia Aristotelem de Hesiodo tradidisse in republica Orchomeniorum concludi etiam ex Prov. Vaticanis IV, 3 (Paroem. Gr. I. p. 456) potest, quae supra allegavimus. Iam vero qui ista verba, *μᾶλλον δέ, οἶμαι, κτλ.*, obiter inspexerit, subactum iudicium docti hominis sibi agnoscere videbitur, qui rempublicam Orchomeniorum non a philosopho scriptam esse arbitratus sit, sed ab alio Aristotele, qui *τὸν Πέπλον* conscripsit. Nihil est autem ab ingenio Tzetzae tam alienum quam haec altioris indaginis crisis. Accedit, quod libri Aristotelis de civitatibus tempore Tzetzae sine dubio iam deperditi erant. Fortasse igitur in Tzetzae exemplari scholiorum Proclianorum scriptum erat: *ὁ φιλόσοφος* pro *ὁ Φιλόχορος*: igitur cum non invenisset locum in Aristotelis scriptis sibi notis, ex coniectura addidit dictum hoc esse aut in Orchomeniorum republica propter scholion Proclianum ad Op. 631, aut, quod verisimilius ei visum fuerit, in ea commentatione, quam Pepli nomine eam ob causam inscripserat Aristoteles, quod mythologiam praecipue explicabat. De Aristotele Pepli auctore praeter Eustath. Il. p. 285, 24 atque eos, quos laudavit Harlesius ad Fabr. Bibl. Gr. III. p. 275, v. Schol. Aristid. T. III. p. 323 Dind., Schol. Ven. Il. XI, 688 et Etym. M. v. *Ἦλις*. Videtur autem perspicuum esse ex hoc Tzetzae additamento non continuo concludi debere Peplorum scriptorem esse alium quam philosophum Aristotelem, quod fecit Meursius Panath. 18.[31]) Exempto igitur hoc scrupulo (si modo vere exemptus est) nihil videtur impedire, quominus totam commentationem de gente Hesiodi Io. Tzetzae cum Rankio adscribamus, editam diverso modo in diversis exemplaribus.

XIV. Ab hoc Proclo diversum esse Proclum, Proculeium etiam dictum, Syrum natione, monuit Fabricius Bibl. Gr. T. IX. p. 363 Harles. Huius commentarium *εἰς τὸν παρ' Ἡσιόδῳ τῆς Πανδώρας μῦθον* commemoravit Suidas. Fortasse ad hunc Proculeii commentarium spectant fragmenta titulo *εἰς τὸ παρ' Ἡσιόδῳ κλαπὲν πῦρ ὑπὸ Προμηθέως καὶ εἰς τὴν ἀποσταλεῖσαν Ἐπιμηθεῖ Πανδώραν* inscripta, quae e cod. Par. 2708 publicavit Flach. Scholien p. 417—419.

XV. Joannes Diaconus Galenus Allegorias in Theogoniam Hesiodeam scripsit (*εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου Θεογονίαν ἀλληγορίαι*). V. Muetzell. p. 295—301. Rank. Scut. p. 304. Vixit autem saeculo nono exeunte sive ineunte decimo, Christianam fidem professus, ut ex Alleg. p. 544, 12. 545, 5.

30) V. Bergk. Poet. lyr. p. 383 not.: „Omnino vita Hesiodi, quae Proclo tribuitur, huic abiudicanda: est enim prorsus indigna homine hoc erudito et modesto: nugae et convicia, quibus inquinata est, satis superque testificantur a Tzetza esse conscripta (vidit hoc etiam Rose Aristot. Pseudep. p. 508 seq.) atque congruit mirum in modum cum altera vita, quae ipsius Tzetzae nomen prae se fert, si a paucis quibusdam discesseris, velut quae leguntur de sacerdote caupone: haec aut sobrii iudicii librarius praetermisit, aut Tzetza cum opusculum suum retractaret addidit. Proclus de vita et carminibus Hesiodi nihil commentatus erat, id ipsum Tzetza p. 10 ei opprobrio vertit, itaque ut hoc suppleret, haec praemisit, aliunde ut solet furatus, quae alicuius momenti sunt." V. etiam l. l. p. 648. Lit. Gr. I. p. 918 et quae scite exposuit Rose. Aristot. Pseudep. p. 508 seq.

31) Secuti sunt C. Müller. Fr. Hist. II. p. 188 seq. et Heitz. die verlorenen Schriften d. Aristot. p. 206 seq. Cautius Bergk. Poet. lyr. p. 648: „Poterat philosophus eiusmodi opus, quale *πέπλος* fuit, condere, sed epitaphia haec, quae inde petita sunt, Aristotele plane indigna: hic epigrammatographus antiquiora carmina passim recepit, velut 15 et 64, vel imitatus est, velut 13. 19. 62, sed pleraque ipse finxit: summa enim ingenii mediocritas et sermonis tenuitas ubique deprehenditur: minime enim probanda est Rosii sententia, qui censet auctorem pepli haec poëmatia variorum poëtarum opera ficta undique collegisse et operi suo inseruisse. Quod si idoneorum testium auctoritate constaret, philosophum Peplum scripsisse, censendum foret, alium quem postea haec epitaphia a se condita alieno operi intertexuisse, neque tamen veri similis est haec suspicio: igitur universum opus Aristoteli philosopho adiudicandum." „Operis huius auctor utrum philosophi nomen mala fraude mutuatus an revera Aristoteles vocitatus sit, in medio relinquam." Ceterum cf. Schneidew. in Philol. I. p. 1 seq. De cognominibus Aristotelis v. Diog. Laert. II, 63. V, 35.

555, 29. 582. 585. 608. Muetzellius p. 296 iure conclusit. Cf. etiam Flach. Scholien p. 145—154. Allegorias eius primum publicavit Trincavellius e codice Tricliniano, deinde Daniel Heinsius, nostro saeculo Gaisfordius. Nuper novis subsidiis cod. Vindobonensis 128 usus Flach. l. l. p. 295 seq. Ex eodem codice Flach. l. l. p. 420 seq. opuscula quaedam inedita sub nomine Diaconi Galeni conscripta, alterum de quattuor primis versibus libri quarti Iliadis, alterum de triplici modo allegoriae fabularum poeticarum publici iuris fecit. Eadem cod. Ven. 464 continet. (Prius opusculum in cod. Paris. 1182 fol. 68 Michaeli Psello tribuitur, initio Allegoriae a nostro discrepante: v. *Μεσαιωτ. Βιβλ.* ed. Sathas. Tom. V p. ξζ΄.)

XVI. Secutus est Joannes Tzetza, Constantinopolitanus saeculi duodecimi, grammaticus ineptissimus, cuius *ἐξηγήσεις εἰς Ἔργα καὶ Ἡμέρας* maximam partem ex Procli thesauris compilatae nostram aetatem tulerunt. Postquam in editione Basileensi (a. 1542) alterum scholiorum volumen editum est, in quo commentariis in Opera et Dies scholia in Scutum erant adiuncta sub titulo *τοῦ αὐτοῦ Τζέτζου ἐξήγησις εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου Ἀσπίδα*, in quo manifestus error erat, etiam scholia in Scutum et in Theogoniam Tzetziano ingenio tribuere viri docti solebant. Quorum sententiam argumentis redarguerunt Muetzell. p. 301. Rank. p. 301 seq. De commentatione denique Tzetzae, quam de gente Hesiodi confecit, iam supra diximus.

XVII. Auctor Anonymus scholia paraphrastica ad Scutum composuit, quae e cod. Par. 2772 Wolfii consilio primum edidit Rank. Scut. p. 41—65.

XVIII. Anonymus scriptor Byzantius undecimi vel duodecimi saeculi *ἐξήγησιν τῆς τοῦ Ἡσιόδου Θεογονίας* ex Stoicorum veterumque scholiorum frustulis conglutinavit, quae exstat in codd. Vatic. 1332 Casanat. G. V, 5. Paris. 2708. 2772. Primum publicavit Flach. Scholien p. 369—413. Hunc in apparatu critico Exeget. Byzantinum vocavimus.

XIX. Post Tzetzae et ante Triclinii aetatem scripsit Joannes Diaconus Pediasimus vel Pediasimus Chartophylax, de cuius libellorum, quos conscripsit, titulis v. Lambec. bibl. Vind. I. VII. p. 187. Composuit technologica et paraphrastica scholia in Scutum Herculis, aperte in cod. Monac. 283 uni eidemque auctori adscripta: *τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων Ἰωάννου διακόνου τοῦ πεδιασίμου σχόλια παραφραστικὰ εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου ἀσπίδα* f. 58—66. *τοῦ Βουλγαρίας χαρτοφύλακος πόθου τοῦ* (?) *καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων κύρου Ἰωάννου διακόνου πεδιασίμου τεχνολογία εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου ἀσπίδα* f. 67—70. Errorem Muetzellii p. 246, quo adductus duos scriptores fuisse Pediasimos opinatus erat, egregie refragavit Rank. p. 305. Scholia paraphrastica Diaconi ediderunt Trincavellius, Heinsius, Heinrichius, Gaisfordius.

XX. Eodem fere tempore scripsit Joannes Protospatharius commentarium physicum in Hesiodi *Ἡμέρας* i. e. in Oper. et Dier. v. 765—828, quem e codice Tricliniano primum edidit Trincavellius, nostro saeculo Gaisfordius p. 448 seq. ed. Lips.

XXI. Exeunte decimo tertio saeculo Manuel Moschopulus Cretensis vanas atque futiles animadversiones ad Opera et Dies composuit, quae hodie extant in codice Tricliniano et in aliis codd. Publicaverant Trincavellius, Heinsius, Gaisfordius. Maiori natu Manueli Moschopulo haec scholia tribuuntur in cod. Matrit. LXXV a. 1334 exarato, in quo haec subscripta sunt: *τέλος τοῦ ἡσιόδου ἐξηγηθέντος παρὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ μανουὴλ τοῦ κρήτης.* (V. Iriart. p. 272). Minori, prioris patrueli, dant scholia codicis Tricliniani: *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυρίου Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου ἀνεψιοῦ τοῦ κρήτης ἐξήγησις* (cf. Trincav. p. 1). Maiorem autem grammaticum scholia composuisse evincitur ex N. Titzii praeclara dissertione, cui titulum inscripsit: Manuelis Moschopuli Cretensis opuscula grammatica p. 4 seq. (Lipsiae 1822).

XXII. Initio saeculi quarti decimi vixit Demetrius Triclinius, diffamati nominis grammaticus, qui praeter Pindarum et Sophoclem etiam Hesiodi carminibus navavit operam. Conscripsit codicem Ven. 464 a. 1316—1320, de quo infra diximus, et commentario Theogoniae adspersit scholia partim ex Jo. Diaconi Allegoriis descripta, partim ipsius ingenio non indigna, quae Heinsius Gaisfordiusque, etsi Triclinii manu crucis signo notata erant, tamquam genuina et vetera reliquis adiecerunt. Seiunxit Morellius in Wolf. anal. lit. III. p. 263 seq. Quae adaucta subsidiis cod. Vindob. 128, in quo fol. 115—121 *σχόλια παλαιὰ εἰς τὴν Ἡσίοδον θεογονίαν, ἐν οἷς εἰσι καὶ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου μερικά*, et cod. Mon. 283, cuius margini sub titulo *Τρικλινίου σχόλια* adscripta sunt, minutisque literis expressa edidit Flach. p. 207 seq.

XXIII. Saeculo decimo quarto scripsit etiam Maximus

Planudes scholia ad Hesiodi Opera et Dies, quae adhuc inedita in cod. Neapol. 165 extant.

XXIV. Constantini Lascaris *σημειώσεις τινὲς ἐπὶ τῇ ἀσπίδι τοῦ Ἡσιόδου* laudat Iriart. ad cod. LXVII Bibl. Matrit. (p. 237) propter subscriptum *τέλος κωνσταντίνου τοῦ λασκάρεως*; quae autem adscripsit scholia, ea Diaconi esse videntur.

XXV. Ad commentarios Hesiodi spectat etiam *μετάφρασις εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν*, quam teste Suida Demosthenes Thrax, incertae aetatis rhetor, composuerat. Qua aetatem nostram non ferente magnum rem criticam detrimentum cepisse dolebat Muetzell. p. 290. Vestigia autem paraphrasis detexisse sibi visus est Flach. Scholien p. 141. De eiusdem rhetoris paraphrasi Odysseae v. Lehrs. Pindarscholien p. 51.

VIII. De codicibus manuscriptis.

In hac tertia Hesiodi carminum editione constanter secuti sumus eam legem, ut quam proxime ad rationem Goettlingio probatam accederemus. Itaque neque sigla codicum molestissima, quae Goettlingius introduxerat, mutanda censuimus, ne utriusque editionis lectores numerorum diversitate vexarentur, neque in adhibendis codicibus ab ea via aberravimus, quam vir doctissimus in altera editione sibi ipse praescripserat. Attamen postquam totam fere codicum supellectilem eximia industria convasaverunt Koechlyus et Kinkelius, auctoritate nonnullorum librorum factum est, ut alii, quibus usus erat Goettlingius, tamquam supervacanei tabula librorum moverentur, alii quo antea eos dignati sunt viri docti honore destituerentur. Quod quidem maxime spectat ad Med. XXXI, 39, Paris. 2771, Messaniumque, codices omnium, quibus Opera et Dies leguntur, longe praestantissimos, atque ad Med. XXXII, 16, antiquissimum codicem, quo Theogonia et Scutum Herculis continentur. Ex quibus omnibus, imprimis e cod. Med. XXXI, 39, plures lectiones in textum nostrum receptae sunt, quam una ex iis editionibus, quae antea erant publici iuris factae, habuit. Neque enim omnibus partibus probanda ea iudicavimus, quae Schoemannus in parva carminum editione p. 11 praefatus erat: „Poterit quidem fortasse ex accurata omnium comparatione illud effici, ut codicum quasi quaedam familiae describantur, prout aut conspirant inter se aut discrepant; sed quantum quidem ego intelligere potui, nullus unus codex aut nulla una codicum familia sic prae ceteris excellit, ut in locis dubiis, quales non pauci sunt, horum auctoritate iudicium nostrum regi possit." — Apparatum denique criticum unius alteriusque codicis a Goettlingio non adhibiti scriptura locupletavimus, idque summa qua sumus in omnibus rebus usi moderatione.

Codices, quos adhibuimus, sunt hi.

I. Codices melioris notae.

1) M5 = Med. Plut. XXXI cod. 39, membranaceus saeculi XI (Mediceus apud Lanzium, M apud Koechlyum), praeter Hesiodi Opera et Dies etiam Oppiani Halieutica continens, omnium longe praestantissimus. De hoc codice Koechlyus-Kinkelius p. IX: „Quos inter integriores codices eminere M, qui est bibliothecae Laur. XXXI, 39, iam diu constabat, sed quantopere ceteros omnes adeoque non minus vetustum Messanium ab Alberto Guethio prolatum superet, nunc demum, postquam Kinkelii diligentia diversae eius manus accurate distinctae sunt, penitus perspici licet. Cuius bonitatis cum in quavis fere editionis nostrae pagina documenta inveniantur, unum hic sed insigne exemplum notasse sufficit, quod solus nec v. 310 nec v. 318 habet: hunc enim quod tertia manus margini adscripsit, nullius est momenti. Itaque hunc praestantissimum codicem ut praecipuum fundamentum recensioni meae subdidi, pro unico quominus habere possem eumque aut ex ipso archetypo descriptum aut communem ceterorum fontem censerem, loci satis multi obstabant, qui levius graviusque corrupti eo in codice leguntur partim quidem posterioribus eius manibus correcti, sed omnes aliis codicibus emendatius oblati." V. Flach. die beiden ältesten Handschriften des Hesiod p. 17 seq. (Leipzig 1877).[32])

---

32) Codicem egregium ex uncialibus, ut aiunt, litteris descriptum Kinkelius accuratissime contulit singulasque correctorum manus singulaque lineamenta summa sagacitate distinxit. Nuper autem ipsi librum retractavimus, unde perpaucos locos a Kinkelii collatione discrepantes notavimus: v. 39 *δικᾶσαι* m. I pro *δικάσαι*, 50 *κρῦψε* p. *κρύψε*, 59 *ἔφαθ'* p. *ἔφατ'*, 62 *ἀθανάτοις δὲ θεοῖς* m. I p. *ἀθανάταις δὲ θεαῖς* (itaque Dorvillius *ἀθανάτου δὲ θεοῦ*, nam post *ο* litterae erasae vix cognosci queunt), 69 *ὢς* p. *ὥς*, 82 *ἄνδρασῖ* corr. m. I, non m. II, 101 *πλείη* m. I non m. II, 153 *εἰς* p. *ἐς*, 194 *ὁμεῖται* p. *ὀμεῖται*, 211 *στέρρεται* m. I p. *στέρεται*, 212 *ὢς* p. *ὥς*, 258 *μὶν* m. I p. *μὲν*, 260 *ἀδίκων νόον* m. I (sic etiam Mess. Par.) p. *ἀδίκων* omisso *νόον*, 333 *ἀγένεται* corr. m. II, non m. I?, 378 *ὢς* p. *ὥς*, 379 *κεν* m. I *ν* delevit m. II p. *κε* m. I, 425 *ἀπό κέν* p. *ἀπό κὲ* (nam *κέ* = *κεν*), 436 *ἐννετῆρω* m. I p. *ἐνναετῆρε*, 452 *βόας* p. *βοῦς*, 523 *ἔνδοθι* p. *ἔνδοθεν*, 559 *τώμισυ* et post corr. *τόμισυ* p. *τόμισυ* m. I, 587 *κεφαλήν τε καὶ* p.

2) M3 = Med. Plut. XXXII cod. 16, chartaceus saeculi XII (Med. 7 apud Lanzium, M in Theogonia et Scuto, B in Op. et D. apud Koechl.). Francisci Philelphi olim erat, emptus Constantinopoli a. 1423. Continet praeter Hesiodi carmina Nonni Dionysiaca, Theocritum, Apollonium Rhodium, Tryphiodorum. Contulerat Goettlingius ad exemplar Gaisfordianum a. 1840. De hoc codice Koechlyus-Kinkelius p. X.: „Puriores autem dico eos, qui non e Tricliniana recensione recte a Kinkelio indicata profluxerunt, quanquam ne hi quidem correctionibus interpolationibusque immunes sunt, cuius labis insigne exemplum ipse antiquissimus praebet Theogoniae et Scuti codex M, qui est bibliothecae Laur. XXXII, 16 iure propterea notatus a Deitersio in comm. „de Hesiodi Scuti Herculis descriptione" p. 33, cui codici qui vetustate eius deceptus suam editionem superstruere vellet, magnopere erraret." V. Flach. l. l. p. 8 seq. De aliis codicis carminibus v. Ziegler. Theocrit p. 16, Ludwich. in Wissensch. Monatsbl. 1876 p. 78, in Herma XII. p. 274—299.

3) Par. in Theogonia et Scuto = Parisinus 2708, chartaceus saec. XIV (C apud Koechlyum), etiam Opera et Dies continens (V. egregiam lectionem v. 434), ex pluribus libris ita conscriptus, ut cognationis vestigia reperiantur in codice Tricliniano. Qui si in Scuto eandem habet cum P2 lectionem, notatur P1.

4) Par. in Operibus = Parisinus 2771, membranaceus saec. XI, Hesiodi Opera et Dies cum Procli commentariis continens (Q apud Koechl.), cuius lectiones insignes primum publicavit Gaisfordius Poet. min. I. p. 150 seq., deinde Lennepius et Koechlyus-Kinkelius, quorum uterque ad Lennepii exemplum foedo errore adductus numerum 2773 codici tribuerat, quem saeculo XIV scriptum dicunt, quanquam Gaisfordius in scholiorum recensione utrumque codicem accurate distinxit.

κεφ. καὶ, 589 πετρέη p. πετραίη, 631 ἄλαδε m. I, ἄλα δὲ m. II, p. ἄλα δὲ m. I, 642 παντοίων p. πάντων, 682 εἰ εἰαρινὸς m. I (nempe prius ει m. II eras.), 700 ἐγγύθεν vel ἐγγύθιν m. I ἐγγύθι m. II (ἐγγύθιν ναίει, librarius enim archetypi duo ν pro uno scripserat), 727 ἠελίου p. ἠελίοιο, 733 ἔνδοθι p. ἔνδοθεν (et sic, ut puto, etiam 601), 792 ἴστορα p. ἵστορα. Scholia interlinearia et marginalia, quae diligenter exscripsi, nullius fere pretii sunt: 3 ἄφατοί τε φατοί τε — ἄδοξαι καὶ ἔνδοξαι, 5 πλούσιοι καὶ πτωχοί, ἰσχυροποιεῖ καὶ ὑψοῖ, 7 σκολιόν — τὸν κακὸν, 9 κλῦθι — ἄκουσον, 10 μυθησαίμην. εἴπω — λέξω etc. Unum allegavi ad Oper. v. 523.

Lennepii autem collatio cum mendis abundet, ipsi a. 1877 codicem Parisiis perlustravimus.

V. 258. Πουλυνόμη] Πουλυνόη ex Apollod. I, 2, 7 coni. Pepmüller. — Λυσιάνασσα Herm.] ep. ad Creuz. p. 90. coniecit Λυσιάνειρα. ΛυσιϜάνασσα Fl.
V. 259. Ϝεῖδος Fl.
V. 262. Antiquus quidam grammaticus deleta τε particula νημερτής pro adiectivo habuerat, ἵνα κατὰ τοῦ Προνόη ἀκούσηται ἐπιθετικῶς, ut scholia docent. Probavit Goettlingius.
V. 264. Ad hunc versum pertinet Schol. 253 ἐὰν κατὰ ὄνομα ἀκούσωμεν, ὥς φησιν Ἀρίσταρχος, ἔσονται μία καὶ πεντήκοντα κατειλεγμέναι (v. Flach. Scholien p. 119). — ἔργα ἰδυῖαι recte Schoem. cum Ahrensio in Mus. Rhen. II p. 176. Vulg. ἔργ' εἰδυῖαι. Ϝέργα Ϝιδυῖαι Fl.

δεια, probata etiam Pal. propter Aristoph. Ran. 665 ὃς Αἰγαίου πρῶνος ἢ γλαυκᾶς μέδεις —.
V. 253. Κυματολήγη] Schol.: τῇ τῶν κυμάτων λήξει, τουτέστι καταπαύσει.
V. 260. δίη τε Μενίππη] Δίη pro δῖα inusitatum est. Utitur autem hoc nominativo Hesiodus fr. X, 6. δίη τε Κελαινώ et Theog. 938 Μαίη τέκε, sed in eodem Astronomiae fragmento legitur Μαῖα τε καὶ Μερόπη, quae forma usitatior etiam hymn. Hom. III, 3. 19. 183 comparet. Cf. quae argute disputaverunt Foerstemann. p. 11 Rzach. Dialekt p. 396.
V. 262. Νημερτής] Mira est haec forma nominis alicuius muliebris. Virile nomen (Ναμερτής) esse patet ex Plat. Lacon. apophth. p. 229. Hutt., muliebre non agnoscit Arcad. p. 28, 10: τὸ δὲ νημερτὴς ἐπίθετον. Rationem autem probabilem, quamobrem Hesiodus cum Homer. Il. XVIII, 46 dixerit Νημερτῆ, proposuit Lehrs. de Aristarchi stud. p. 265.
V. 265—336. Sequuntur fabulae physici quidem argumenti,

ἠγάγετ' Ἠλέκτρην· ἡ δ' ὠκεῖαν τέκεν Ἶριν,
ἠϋκόμους θ' Ἅρπυιας, Ἀελλώ τ' Ὠκυπέτην τε,
αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται
ὠκείῃς πτερύγεσσι· μεταχρόνιαι γὰρ ἴαλλον.
Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπαρῄους
[ἐκ γενετῆς πολιάς, τὰς δὴ Γραίας καλέουσιν
ἀθάνατοί τε θεοὶ χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι,]
Πεφρηδώ τ' εὔπεπλον Ἐνυώ τε κροκόπεπλον,

V. 266. τέκε Ϝῖριν Fl.

V. 267. Ἅρπυιας] Reiz. Ἁρπυὶας scribi iubebat, sed erravit vir doctissimus. Ἅρπυιας, quod ex A. T. It. recepit cum Gaisfordio Dind., scribi debebat. — Ὠκυπέτην] Apollodor. I, 9: Ἡσίοδος δὲ λέγει αὐτὴν Ὠκυπόδην.

V. 270. Φόρκυνι V1. Par. — Γραίας] Pro Γραίας coni. Goettl. παῖδας, πηρὰς Wieseler. I, κούρας Koechl. Hermannus v. 271. 272. recentius additamentum esse putat post 273. traiiciendum. Sed ita non removetur ingrata ista nominis Graearum repetitio. Καλλιπάρηος erat Seleuci lectio, propter v. 238, quam receperat Goettl. Καλλιπαρῄους vulgatum et Draco Strat. p. 94. habet. Taur. καλλιπαρῄας.

V. 271. γενεῆς Rh.

V. 272. τε abest a M3.

V. 273. Πεφρηδώ] Vat. P2. Πεμφρησώ. Taur. Τεφρηδώ non male. V1. Par. Eudocia p. 105. Tzetza ad Lycophr. 838. Περφιδώ. Sic Koechl. Apud Zenob. Prov. I, 41. Μεμφρήδη codd. Scholia ad h. v. utramque lectionem agnoscunt (v. Flach. Scholien p. 169). De Enyo cf. Aristarchi observationem a scholiasta traditam: ὅτι Ὅμηρος Ἐνυὼ πολεμικόν τινα θεὸν λέγει, Ἡσίοδος δὲ μίαν τῶν Φορκίδων. — ἰόπεπλον pro εὔπεπλον coni. Wieseler.

spectantes ad singulas Graeciae partes neque temere huic cosmogoniae parti a poeta immixtae, qui postquam terrae et aquae ortum diserte exposuit, nunc ad describenda fabulosa animalia utramque incolentia, atque cultu et mythis Graecorum celebrata se convertit. Cf. Flach. System p. 72—93.

V. 267. Ἅρπυιας] Schol.: Δωρικῶς δὲ συνέστειλε τὸ ας. V. ad v. 60.

V. 269. μεταχρόνιαι] Ut μετηνέμιος est celer ad instar venti, ita μεταχρόνιος videtur esse ceter ad instar temporis. Vossius Epp. myth. I, 31. p. 228. ex Etym. M. sub v. χρόνος μεταχρόνιος interpretatur: zu den Himmelszeichen erhöht. Sed rectius erit vertere „zwischen Himmel und Erde.“ Cf. Schoem. p. 150 et schol. μετέωροι, καὶ τὸν οὐρανὸν γὰρ χρόνον καλοῦσι.

V. 271. ἐκ γενετῆς πολιάς] Diod. Sic. V, 32: τὰ παιδία παρ' αὐτοῖς (τοῖς Κελτοῖς) ἐκ γενετῆς ὑπάρχει πολιὰ κατὰ τὰ πλεῖστα. Cf. Plin. H. N. VII, 2. Quo adductus Pal. narratiunculas mercatorum hic agnoscit, qui in occidente flavos Teutonum liberos conspexerint. Quod refutavit Flach. System p. 79, v. 271—272 recentius esse additamentum docens, cum Graeas neque senectute gravatas neque mutilatas neque deformes Hesiodus depinxerit.

V. 273. Deesse videbatur versus Muetzellio p. 447 et Goettl., qui tertiam (Δεινώ vel Ἰαινώ) adiiceret Graeam; v. Aesch. Prom. 795. Apollod. II, 4. Palaeph. 32. Zenob. Prov. I, 41. Περσώ habet Heraclitus apud Westerm. Myth. p. 315. Sed cum consensus omnium scriptorum de ternario numero Graearum non reperiatur, de quo cf. Ovid. Met. IV, 773, neque ulla tertii nominis vestigia in scholiis appareant, melius est in duabus Graeis acquiescere. Cf. Schoem. p. 155.

V. 274. πέρην] I. e. si quis traiecturus Oceanum est, in insulis Oceani. V. Völcker. Geogr. myth. p. 20. Eandem interpretationem amplexus est Preller. Myth. Gr. I p. 27 not. 2, allegans Hom. Il. II, 626, XXIII, 752.

V. 275. Ἑσπερίδες λιγύφωνοι] Schol.: Διὰ τοῦτο ταύτας καλεῖ, διότι κατὰ μουσικὴν ἁρμονίαν οἱ ἀστέρες κινοῦνται περὶ τὰ Γάδειρα, ὡς Ἀριστοτέλης φησί. Hoc dixisse Aristotelem admodum memorabile est, ut Schoem. quoque op. II p. 544 vidit, qui post κινοῦνται quaedam verba intercidisse et Aristoxeni, musici et Pythagorae admiratoris, nomen cum Aristotelis permutatum esse credidit.

V. 277. ἀγήρῳ] Ἀγήρως, quod antiqui codices (ad analogiam, ut videtur, vocabuli ὁ ἥρως) praebent, exortum esse videtur ex versu Homerico: σὺ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως, Od. V, 218., qui in memoria haerebat. Nam quod σῶς pro nominativo plurali habent, non probari grammaticis rationibus demonstravi in animadversionibus ad Theodos. Gr. p. 228.

V. 280. Fabulam Argolicam de Perseo et Medusa ingeniose tractavit Müllerus Prolegg. ad Myth. p. 307. Neque addidit suam de Graeis sententiam, quas Hermannus Salaciam et Veniliam interpretatur, quod vix admitti potest. Sed cum nominis

Γοργούς θ', αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο,
ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι,
Σθεινώ τ' Εὐρυάλη τε Μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα,
ἡ μὲν ἔην θνητή, αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἀγήρῳ,
αἱ δύο· τῇ δὲ μιῇ παρελέξατο Κυανοχαίτης
ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
τῆς δ' ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,
ἔκθορε Χρυσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος.

V. 276. Σθεννώ M3.

V. 277. ταὶ δ' pro αἱ δ' Hermannus. — ἀγήρῳ] V2. M2. 3. Bar. ἀγήρως.

V. 279. ἄνθεσι Ϝειαρινοῖσι Fl.

V. 281. ἔκθορε Χρυσάωρ] Guiet. coniecit ἔκθορε quod unus codex (Par. 2678) secundum Lennepium praebet; probavit Herm. ad Orph. p. 429., receperunt Gaisf. Dind. Schoem. Fl. codd. ἐξέθορε, et sic scholion. Recep. Goettl. Χρύσαορ cum V1. 2. Par. Taur. scribi vetat analogia Graecae linguae. — Pro τε μέγας Vat. τι μένος.

τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς
γένθ', ὁ δ' ἄορ χρύσειον ἔχεν μετὰ χερσὶ φίλῃσι.
χὠ μὲν ἀποπτάμενος, προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων,
ἵκετ' ἐς ἀθανάτους· Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει,
βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι.

V. 282—286. Hos versus pro spuriis habet Wolfius propter additam etymologiam. Sed eiusmodi derivationis exempla sunt etiam apud Hom. Il. IX, 498. 507. XIX, 91. Multo magis suspicionem movent *ἀποπτάμενος* de Pegaso dictum, qui ab antiquioribus poetis alis non erat instructus (v. adnot. ad v. 6.; nam nimis artificiosa est Vossii explicatio Epp. myth. I. p. 247.), et *μητέρα μήλων* inepte additum, cum Homerus Il. II, 696 Itonem, Il. IX, 475 Phthiam matrem pecudum vocaverit, Hesiodus hoc loco terram universam, quae alias *χθὼν πολύφορβος*, *πουλυβοτείρη* audit. Cf. Lennep. ad h. v. Schoem. p. 158 not. 3. Flach. System p. 89. Quod si ita se habet, aut v. 284—286, quos uncinis seclusit Fl., ex alio conexu huc male translati sunt, aut exciderunt aliqui versus, qui certae regionis nomen continebant. Versus 282—283 eiecit Weis.

V. 282. *ὅτ' ἂν* Bar. — *περὶ*] Taur. *παρά*.

V. 283. *γένθ'*] Ita Tr. Ceteri *γείνεθ'* praeter Bar. M3., qui habent *γείναθ'*. — Pro *ἔχεν* P1. 2. Tr. Bar. Dind. *ἔχων*. — *φρεσὶ φίλῃσι* M2.

V. 285. *ἐν* abest a V1.

Πεφρηδώ interpretatio propter ignotam etymologiam obscurior sit, *Ἐνυώ* forte ad clamorem et sonitum non inepte relegatur (v. Schoem. p. 154, Diacon. p. 562, 28. Flach. p. 315 *φρίσσειν ἡμᾶς ποιοῦντα καὶ κραυγάζειν*). Certiorem rationem Schoemannus l. l. et in explicandis Gorgonibus proponere posse sibi visus est, quas ad nubes et nebulas mari progenitas vaporesque aquarum retulit, a luna eiusque mutationibus non disiungendos, et in interpretando Pegaso, cuius potentiam praecipue in producendis fulguribus positam esse obtinuit.

V. 282. *ὅτ' ἄρ'*] Sic infra v. 478. et Hom. Il. VIII, 251: *οἵδ' ὡς οὖν εἴδονθ', ὅτ' ἄρ' ἐκ Διὸς ἤλυθεν ὄρνις*.

V. 284—286. Quae hic de Pegaso narrantur mira sunt nec a quoquam alio poeta tradita praeter Euripidem, qui apud Schol. Arist. Pac. 722 in Bellerophonte fr. 314 Nauck. ita: *ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ*, quanquam neque ita cum Hesiodo prorsus convenit, cum Pegasus dicatur *ἀστραπηφορεῖν*, quod currum Iovis vehit. V. de hoc versu Euripideo Vossii Epp. myth. I p. 248. Boeckhii not ad Pind. Ol. IV, 1. Völcker. Myth. gent. Iap. p. 183. Sed omnium doctissime de Pegaso disputavit Lenzius in Nov. Mercur. Teut. a. 1796. p. 263. Duplex est autem *φέρει* illud explicandi ratio; aut ita intellegendus est locus Hesiodi, ut Pegasus Iovi fulmina afferre a Cyclopibus dicendus sit, quemadmodum columbae Od. XII, 63. ambrosiam, aut ita, ut currum Iovis, arma fulminum gestantem (unde *ἐγχεικέραυνος* a Pindaro dicitur Iuppiter), vehere dicatur. Hinc etiam Aurora, quae item Pegaso utebatur, *μονόπωλος* audit Euripidi Oreste 1004. Atque alteri quidem sententiae id primum bene convenit, quod Trygaeus apud Aristophanem Pace v. 73. cantharum suum, quem ipse tanquam Pegasum alloquitur, Aetnaeum dicit animal, nec ineptum videtur dictum esse Pegasum propterea Aetnaeum, quod Iovi ex Aetna fulmina afferre putabatur; deinde huic sententiae patrocinatur v. 505. At cum nemo fere praeter Hesiodum h. l. de Pegaso Iovi fulmina afferente dicat, unus fortasse rhapsodorum fuit, qui versum 283. coniungeret cum v. 286., ut Chrysaor Iovi fulmina subministraret gladio aureo tradito, quod fere conspirare videtur cum *ἐγχεικεραύνῳ Ζηνὶ* Pindari, cum *ἔγχος* non uno loco apud tragicos de gladio dicatur. Omnino cf. Schoem. Theog. p. p. 158.

Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικέφαλον Γηρυονῆα
μιχθεὶς Καλλιρόῃ κούρῃ κλυτοῦ Ὠκεανοῖο.
τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάριξε βίη Ἡρακληείη
βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι περιρρύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ,
ἤματι τῷ ὅτε περ βοῦς ἤλασεν εὐρυμετώπους
Τίρυνθ' εἰς ἱερήν, διαβὰς πόρον Ὠκεανοῖο,
Ὄρθον τε κτείνας καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα

V. 287. *τρικέφαλον*] Sic codd. M2. 3. V1. Par. Bar. Schol. Diaconus in Alleg. Exeget. Byz. in Flach. Scholien p. 390. Firmant Schol. Aristoph. Equ. 414. Suidas s. *κυνοκέφαλος* (Bekkerus male *τρικάρηνον*), probantibus Meyer Isler, quaest. Hes. specimen p. 12. Muetzell. p. 449. Koechl. *τρικάρηνον* Flor. A apud Lennepium, Wolfius, Goettlingius cum edd. antiquissimis *τρικέφαλλον* cum Lennepio Schoem.

V. 288. *μιχθεὶς Καλλιρόῃ*] Hic versus in margine additus in M3. in A. Tr. inepto loco post 279. legitur; in V1. Par. tamen prorsus deest.

V. 289. *ἐξηνάριξε* M3.

V. 290. *βουσὶν ἔπ' —*] Sic M2. Schoem. Fl. *βουσὶ πάρ'* rel. codd. Goettl. Koechl. Cf. Il. VI, 424. Od. XX, 221. *εἰλιπ.* M3.; *ἐν Ἐρ.* VI.

V. 291. *περὶ βοῦς* V1.

V. 293. *Ὄρθον*] Sic M2. 3. Vat. V1. 2. Schol. Pind. Isthm. I, 15. *Ὄρθον* Taur. *Ὄρθρον* Bar.

V. 287. *τρικέφαλον*] Schol.: *Στησίχορος δὲ καὶ ἓξ χεῖρας ἔχειν φησὶ καὶ ἓξ πόδας καὶ ὑπόπτερον εἶναι*. — Audit autem Aeschylo Agam. 844. *τρισώματος*. De etymologia vocabuli *Γηρυόνης*, quod recte vertitur „der Brüller" et ad tempestates hiemales reiicitur, v. Schoem. p. 160. Curtium p. 168. Ipse Diaconus p. 564 = Flach. p. 317 originem vocis iam noverat: *προσαγορεύεται ἀπὸ τοῦ γαρυόνης τις εἶναι καὶ θορυβώδης*.

V. 290. *Ἐρυθείῃ*] V. Heynium Apollod. II. p. 158 seq. Mülleri Dor. I. p. 422 seq.

V. 292. *Τίρυνθ' εἰς ἱερήν*] V. Schol.: *πόλις Ἄργους, ἣν ἐτείχισαν Κύκλωπες· διὰ τοῦτο λέγει αὐτὴν ἱεράν. ἦν δὲ ὁ Γηρυονεὺς Τιρύνθιος*.

V. 293. *Ὄρθος*] Aptissime *Ὄρθος* (Altus) et *Εὐρυτίων* (Latus) custodes sunt constituti, i. e.

σταθμῷ ἐν ἠερόεντι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο.
Ἡ δ᾽ ἔτεκ᾽ ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲ ἐοικὸς
θνητοῖς ἀνθρώποις οὐδ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ, θείην κρατερόφρον᾽ Ἔχιδναν,
ἥμισυ μὲν νύμφην ἑλικώπιδα, καλλιπάρῃον,
ἥμισυ δ᾽ αὖτε πέλωρον ὄφιν, δεινόν τε μέγαν τε,
[αἰόλον ὠμηστήν, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης.
ἔνθα δέ οἱ σπέος ἐστὶ κάτω κοΐλῃ ὑπὸ πέτρῃ
τηλοῦ ἀπ᾽ ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ᾽ ἀνθρώπων·
ἔνθ᾽ ἄρα οἱ δάσσαντο θεοὶ κλυτὰ δώματα ναίειν.]
ἡ δ᾽ ἔρυτ᾽ εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ Ἔχιδνα,

V. 295. οὐδὲ ἐοικός] Sic cum codd. V1. Par. scribendum est pro οὐδὲν ἐοικὸς codd. et edd. Cf. Rzach. Dialekt. p. 384. Fl. Digamma p. 49. — ϝεϝοικὸς Fl.

V. 300—305. Secutus sum antiquos codices et editiones praeter Taur., qui habet 303. 304. 305. 301. 302. Qui sequuntur Heynii rationem, ut Wolf., Gaisf., Dind., Boisson., versus 304. et 305. post v. 300. collocant. Ego vero, qui Hermanni iudicium de prooemii interpolationibus verissimum puto, variarum recensionum vestigia agnovisse etiam in his versibus mihi visus eram. Alius ita cecinit:

Ἡ δ᾽ ἔτεκ᾽ ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲν ἐοικὸς
θνητοῖς ἀνθρώποις οὐδ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ, θείην κρατερόφρον᾽ Ἔχιδναν,
ποικίλον, ὠμηστήν, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης.
Ἔνθα δέ οἱ σπέος ἐστὶ κάτω κοίλῃ ὑπὸ πέτρῃ
τηλοῦ ἀπ᾽ ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ᾽ ἀνθρώπων.

montium altitudo et longinqui terrarum tractus. Ὄρθρος, qui legitur ap. Nonn. Dion. XXXI, 137., huc non quadrat. Aliter Welcker Tril. p. 129., qui Ὄρθρον tuetur. Omnes etymologias et interpretationes vocabuli Ὄρθος congessit Schoem. op. II p. 199.

V. 301. κοΐλῃ] De hac forma trisyllaba, qua Aeoles utebantur, cf. adnot. ad Oper. 689.

V. 304. Ἀρίμοισιν] V. Pindar. Fragm. XCIII. Boeckh.: ἀλλ᾽ οἷος ἄπλατον κεράϊζες θεῶν Τυφῶνα — ἐν Ἀρίμοις ποτέ, ubi εἰν Ἀρίμοις, quod Boeckhius suasit, loco Hesiodeo sustentatur. Strabo XIII. p. 626. D: πιθανώτατος δ᾽ ὁ Σκήψιος ἡγεῖται τοὺς ἐν τῇ κεκαυμένῃ τῆς Μυσίας τοὺς Ἀρίμους τιθέντας. Echidnae sedem in Cilicia esse coll. Il. VI, 179 exposuit Schoem. p. 163, et op. II p. 188; de Chimaerae patria cf. Diac. p. 566, 14 = Flach p. 319: εἴρηται δὲ καί τινι Λυκηγενέτῃ ἀνθρώπῳ, ἐμοῦ δῆθεν αὐτὸν ἐρωτήσαντος, εἴ ἐστιν ἄρα ἐν Λυκίᾳ τῆς Χιμαίρας τόπος, ἐν ᾧ φασιν αὐτὴν διατρίβειν, ὡς ἔστι μὲν τὸ καλούμενον Χίμαιρα χωρίον. — υ in ἔρυτο breve est, ut in ἔρυμα Oper. 536. Il. IV 137. Producitur Scut. 415., et in εἴρυτο Scut. 138. V. Rzach. Dial. p. 455. De significatione v. Schol.: ἀντὶ τοῦ ἐφυλάσσετο ἢ ᾤκει ἐν Ἀρίμοις.

ἀθάνατος νύμφη καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.
Τῇ δὲ Τυφάονά φασι μιγήμεναι ἐν φιλότητι,
δεινόν θ᾽ ὑβριστήν τ᾽ ἄνεμον ἑλικώπιδι κούρῃ·
ἡ δ᾽ ὑποκυσαμένη τέκετο κρατερόφρονα τέκνα.
Ὄρθον μὲν πρῶτον κύνα γείνατο Γηρυονῆϊ·

In his ὠμηστής est fere substantivi loco (cf. de similibus Schaef. ad Soph. Trach. 1127. et Lobeck. ad Ai. 224.); de ποικίλος fem. v. Naek. Choer. p. 267.; σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ non intellegitur de spelunca Echidnae, sed de ea, in qua parta erat Echidna. Alius vero:

Ἡ δ᾽ ἔτεκ᾽ ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲν ἐοικὸς
θνητοῖς ἀνθρώποις οὐδ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
ἥμισυ μὲν νύμφην ἑλικώπιδα, καλλιπάρῃον,
ἥμισυ δ᾽ αὖτε πέλωρον ὄφιν, δεινόν τε μέγαν τε·
ἡ δ᾽ ἔρυτ᾽ εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ Ἔχιδνα
ἀθάνατος νύμφη καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα·
ἔνθ᾽ ἄρα οἱ δάσσαντο θεοὶ κλυτὰ δώματα ναίειν.

Sed nunc magis cum Hermanno facio alteri recensioni adscribente vv. 295—300., 303., alteri 295—299., 304., 305., 301., 302. Aliam viam ingressus est Schoem. p. 168 not. 1, qui v. 300 referens ad v. 295 secutos esse 303. 302. 304. 305. 301 iudicavit, sc. ἡ δ᾽ ἔτεκ᾽ — ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης.

V. 298. ϝελικώπιδα Fl.

V. 300. αἰόλον] Sic coni. Scheer probante Rühl. ποικίλον codd. et edd. Versum eiecit Weis.

V. 301. ϝοι Fl.

V. 302. Hunc versum et v. 305 eiecit Weis.

V. 303. ϝοι Fl.

V. 304. ἣ ϝέρυτ᾽ e coni. scripsit Fl.

V. 306. φασί deest in V1.

V. 307. M2. 3. P. ἄνομον, ἄνομον sed ε suprascr. V. V1. 2. Taur. Bar. RS. ὑβριστὴν ἄνομόν θ᾽. Vulgo ἄνεμον ἑλ. Utramque lectionem agnoscit scholiasta. Sophocles Trach. 1093. ὑβριστήν, ἄνομον, ὑπέροχον βίαν, ubi de Centauris sermo est. Cf. Muetzell p. 258. Sed Diac. p. 565, 14. = Flach. p. 318 ἄνεμον ἑλικώπιδι legit. De Exeget. Byz. nihil constat. ἄνομόν θ᾽ ἑλικώπιδι Goettling. Koechl. ἄνεμον ἑλικώπιδι Schoem. laudatus Koechl. de div. Theog. part. p. 28. ἄνεμον ϝελικώπιδι Fl. V. Digamma p. 48. Totum versum eiecit Hermannus. — Pro κούρῃ Vat. Par. νύμφῃ.

V. 308. τέκετο] V2. τέκε, M3. γένετο, Par. τέτοκε.

V. 309. Med. Γηρυονῆα, sed supra ι.

V. 306. De Typhaone vid. v. 821.

V. 308. ὑποκυσαμένη] Sic scribendum esse, υ litera longa, non ὑποκυσσαμένη docuit Herm. de Aesch. Danaid. p. XV. (Opusc. I, 335.). „Κύειν,“ ita vir doctissimus, „est fecundare, unde κῦμα, a grammaticis de fetu annotatum, Aeschylus atque Euripides usurparunt, κυεῖν autem parere.“ Caveas vero, ne in ὑποκυσαμένη passivam agnoscas significationem; nihil significat nisi: empfangen habend.

δεύτερον αὖτις ἔτικτεν ἀμήχανον, οὔτι φατειὸν
Κέρβερον, ὠμηστήν, Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον,
πεντηκοντακέφαλον, ἀναιδέα τε κρατερόν τε·
τὸ τρίτον Ὕδρην αὖτις ἐγείνατο, λυγρὰ ἰδυῖαν
Λερναίην, ἣν θρέψε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,

V. 311. *ἈϜίδεω* Fl.
V. 312. M. 2. 3. V1. Par. Schol. Exeget. Byz. et Schol. Soph. Tr. 1090. *πεντηκοντακέφαλον*. Flor. A secundum Lennepium *τρικάρηνον*, quod receperunt Wolf. Goettl. *πεντηκοντακέφαλλον* cum Lennepio. Schoem.
V. 313. *λύγρ᾽ εἰδυῖαν* cum codd. Goettl. *λυγρὰ Ϝιδυῖαν* Fl. V. animadv. ad v. 264.

V. 311. *χαλκεόφωνον*] Sic Stentor ab Homero Il. V, 785. dicitur *χαλκεόφωνος*, cuius vox est tubae instar, unde putaverim non prorsus incognitum fuisse tubarum usum heroicis temporibus, de qua re dubitabat Aurel. Victor H. R. 9 (v. Il. XVIII, 219). Narratio est apud Paus. II, 21, 3: *Ἀθηνᾶς δ᾽ ἱδρύσασθαι Σάλπιγγος ἱερόν φασιν Ἡγέλεων. Τυρσηνοῦ δὲ τόνδε τὸν Ἡγέλεων, τὸν δὲ Ἡρακλέους εἶναι καὶ γυναικὸς λέγουσι τῆς Λυδῆς, Τυρσηνὸν δὲ σάλπιγγα εὑρεῖν πρῶτον, Ἡγέλεων δὲ τὸν Τυρσηνοῦ διδάξαι τοὺς σὺν Τημένῳ Δωριέας τοῦ ὀργάνου τὸν ψόφον*. Ceterum Tyrrheni sunt Pelasgi, non Etrusci. Hinc recte Nonnus Dion. 47, 568: *Πελασγιὰς ἔβρεμε σάλπιγξ*. Cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 17. Cerberi vocabulum Herm. de myth. Gr. p. XIII. (op. II, p. 181). a *κρεμερός* traiectis literis derivavit; Diaconus p. 565, 16 = Flach. p. 318. a *κέαρ βαρύνεσθαι*, quod mutavit Schol. Ven. in *κέαρ βιβρώσκειν*; Exeget. Byz. apud Flach. Schol. p. 391 a *βάρος τοῦ κέαρος*; Welcker. Tril. Aesch. p. 130 ab *Ἔρεβρος*; alii ab aliis, de quibus cf. Schoem. op. II p. 198. System. p. 90 not. 36.

V. 312. *πεντηκοντακέφαλον*] Hoc epithetum non consentaneum est cum altero theogoniae loco v. 771. Corruptum autem scholion Basileense ad hunc versum sic restitui necesse est: *οὗτος μὲν τὸν Κέρβερον πεντηκοντακέφαλον λέγει, Ὅμηρος δὲ οὔ*. Cf. Ariston. ad. Il. VIII, 368. Flach. Scholien p. 102. V. 746—805 a rhapsodo aliquo intrusos esse veri simile est.

V. 313. *Ὕδρην*] Etiam haec fabula est Argolica. Cf. Buttm. Myth. II. p. 93. Ceterum hunc locum usque ad 336. in animo habuisse videtur Nicander Ther. 8: *Ἀλλ᾽ ἤτοι κακοεργὰ φαλάγγια, σὺν καὶ ἀνιγροὺς Ἑρπηστάς, ἔχιάς τε καὶ ἄχθεα μυρία γαίης Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ᾽ αἵματος, εἰ ἐτεόν περ Ἀσκραῖος μυχάτοιο μελισσήεντος ἐν ὄχθαις Ἡσίοδος κατέλεξε παρ᾽ ὕδασι Περμησσοῖο*. Ista enim *κακοεργὰ φαλάγγια*, quae ex stirpe Titanum (hoc est enim illud *Τιτήνων ἀφ᾽ αἵματος*) orta dicuntur, sunt Hydra, Chimaera, Sphinx cet., ita ut scholiastam Nicandri ad h. l. sic dicentem: *ἰστέον δέ, ὅτι ψεύδεται ὁ Νίκανδρος ἐνταῦθα· οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο εἶπεν Ἡσίοδος ἐν τοῖς πραττομένοις*, errasse pateat, cum illud *ἀφ᾽ αἵματος* crassa Minerva intellexerit. Certe haec verba theogoniam nostram non arguunt lacunae, ut putabat Muetzell. p. 497. Neque enim Eu-

ἄπλητον κοτέουσα βίῃ Ἡρακληείῃ.
καὶ τὴν μὲν Διὸς υἱὸς ἐνήρατο νηλέϊ χαλκῷ
Ἀμφιτρυωνιάδης σὺν ἀρηϊφίλῳ Ἰολάῳ
Ἡρακλέης βουλῇσιν Ἀθηναίης ἀγελείης.
ἡ δὲ Χίμαιραν ἔτικτε, πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ,
δεινήν τε μεγάλην τε, ποδώκεά τε κρατερήν τε.
τῆς δ᾽ ἦν τρεῖς κεφαλαί· μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ᾽ ὄφιος, κρατεροῖο δράκοντος,

V. 315. *ἄπλητον*] Herm. ap. Frankium ad hymn. Hom. Cer. 83. *ἄπληστον*. V. ad v. 151.
V. 317. *Ϝιολάῳ* Fl.
V. 320. In M2. *τε* ante *κρατερήν* deest.
V. 321. *τῆς δ᾽ αὖ* M3.

docia p. 209 *Ἡσίοδος δὲ λέγει ταύτην* (sc. *Ὕδραν*) *γενέσθαι ἐκ τοῦ αἵματος* (pro *στόματος* corr. Lobeck. Aglaoph. p. 567) *τῶν Γιγάντων*, scholion illud Nicandri compilans carminis partem amissam alludit, ut putabat Lobeckius, sed nostrum versum ante oculos habet. — Ex ipso nomine *Ὕδρα* aquarum vim perniciosam deduxit Schoem. op. II p. 196.

V. 315. *ἄπλητον*] I. e. (a *πελάω*), aut, qui tanta correptus iracundia est, ut vix accedere ad eum liceat, aut cum Deiters. de Hes. Scuti Herc. p. 27 not. 6 *ἄπλητος* = *ἀπλήρωτος*, quam significationem etiam Theog. 709. hymn. Hom. V, 83 postulari docuit.

V. 319. *ἀμαιμάκετον πῦρ*] Gloss. Vat. *ἀκαταπόνητον*. Derivari solet a *μαχέομαι*, *μαχετός* (v. Schneid. ad Plat. Polit. II. p. 195.; *ἀμάχετος* habet Aeschyl. Sept. 85.) facta primae syllabae duplicatione atque addito *α* privativo. Cf. Schol. *ἀπροσπέλαστον, ἀπροσμάχητον*. Atque corroborari videtur haec derivatio scriptura A. *ἀμαιμάχετος*. Unde *ἱστὸν ἀμαιμάκετον* apud Hom. Od. XIV, 311. non esse procerum malum (ut *περιμήκετος* ap. Arat Ph. 249.), sed in quem venti incassum annitantur, concludas. Sed rectius Doederlinus Gloss. n. 141 de *μαιμάσσω* et *a* intensivo derivat, ut significet impetuosum, quod epithetum Scut. 207 et Pind. Pyth. I, 78 bene de mari aestuoso usurpatur. Doederlinum secutus est Paleius ad Scut. l. l. — Varias de Chimaera veterum opiniones collegit Muetzell. p. 455. De Sphinge, quam Hermannus Anginam interpretatur, cf. Schoem. p. 165. op. II, p. 192, System p. 91. De Nemeaeo leone varias fabulas finxerunt Forchhammer. Hellen. p. 213. Preller. Myth. Gr. II, p. 191.

V. 321. *ἦν*] *Ἦν* et hoc loco et Theog. 825 singularem numerum esse volebant grammatici Pseudo-Herod. *περὶ σχημάτων* p. 60, 15. Eustath. p. 1110. et 1892, 47 Foerstemannus p. 43., qui haud parvi momenti esse putabat, quod in utroque loco verbum antecederet. Pluralem autem esse pro *ἦσαν* docuerunt Choeroboscus ad Theod. p. 536, 7. Ahrens. dor. dial. II, p. 327. Curtius Verbum I, p. 148. Rzach. Dial. p. 456. Res apud Hesiodum non constat.

[πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ Χίμαιρα,
δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.]
τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.
ἡ δ' ἄρα Φῖκ' ὀλοὴν τέκε, Καδμείοισιν ὄλεθρον,
Ὄρθῳ ὑποδμηθεῖσα, Νεμειαῖόν τε λέοντα,
τόν ῥ' Ἥρη θρέψασα, Διὸς κυδνὴ παράκοιτις,
γουνοῖσιν κατένασσε Νεμείης, πῆμα βροτοῖσιν.
ἔνθ' ὅγε οἰκείων ἐλεφαίρετο φῦλ' ἀνθρώπων,
κοιρανέων Τρητοῖο Νεμείης ἠδ' Ἀπέσαντος·
ἀλλά ἑ ἶς ἐδάμασσε βίης Ἡρακληείης.
Κητὼ δ' ὁπλότατον Φόρκυ φιλότητι μιγεῖσα

V. 323 seq. Versus impacti ex Hom. Il. VI, 181. male cohaerent syntaxi cum antecedentibus, quare aut a rhapsodo vel interpolatore adiecti aut casu aliquo de margine textui applicati sunt. Fortasse Aristarchus constructionem violatam reprehendit, cf. schol.: ὅτι οἱ μεταβάλλοντες τὴν φράσιν ὀφείλουσι βέλτιον ἐπεξεργάζεσθαι. v. 324 abest a M3. Par. Versus eiecerunt omnes fere edd. Par. ὄπισθε.

V. 326. Φῖκ'] Sic bene ex V2. et scholiis reposuit Graevius pro Σφίγγ'. Notum enim est Φίκιον ὄρος Boeotis a Sphinge dictum. Festus v. Picati, Lycophr. v. 1463. Schol. et Paraphr. Scut. 32. V1. φίγγ', M4. σφίγ'. Cf. Lobeck. Paral. p. 103.

V. 328. τόν ῥ' Ἥρη — κυδνή] V1. 2. τὸν δ' Ἥρη — κυδρὴ. Κυδρὴ etiam P2. Taur. M3.

V. 329. πῆμα βροτοῖσιν] Sic scripsimus e coni. Scherii l. l. pro πῆμ' ἀνθρώποις codd. et edd., quod aut glossemate aut errore librarii in textum irrepsit. Cf. Od. XII, 215. hymn. Hom. II, 128.

V. 330. ἔνθ' ὅγε] Sic coni. Pal. e cod. M (Barocc. 60) ἔνθα γε, recepit Fl. Codd. et edd. ἔνθ' ἄρ' ὅγ. — ϝοικείων Fl.

V. 331. Τρητοῖο] Vulgo τρητοῖο. Correxerunt Sevinus et Clericus.

V. 332. ἀλλά ϝε ϝὶς Fl.

V. 333. Φόρκυν] Sic M3. codd. Φόρκυι. Cf. Flach. Digamma p. 74. Hartel. Zeitschr. Oestr. G. 1876 p. 627 not.

V. 325. Πήγασος — καὶ Βελλεροφόντης] I. e. Bellerophontes auxiliante Pegaso.

V. 327. Ὄρθῳ] Apollod. III, 5. Τυφῶνι.

V. 330. ἐλεφαίρετο] Schol.: ὅτι ἀντὶ τοῦ ἔβλαπτεν. Ὅμηρος δέ ποτε καὶ παρελογίζετο.

V. 331. Τρητοῖο] In Treto monte spelunca erat Nemeaei leonis. Diod. Sic. IV, 11: Διέτριβε δὲ μάλιστα μεταξὺ Μυκηνῶν καὶ Νεμέας περὶ ὄρος τὸ καλούμενον ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Τρητόν· εἶχε γὰρ περὶ τὴν ῥίζαν διώρυχα διηνεκῆ, καθ' ἣν εἰώθει φωλεύειν τὸ θηρίον. cf. Apollod. II, 5, 1. Pausan. II, 15, 3—4. Etym. M. p. 119, 40.

V. 333. Φόρκυν] Choerobosc. Bekk. Anecd. p. 1199: ἡ αἰτιατικὴ ἡ Φόρκυν θ' Ἱπποθόαν τε ἀπὸ ἄλλης εὐθείας

γείνατο δεινὸν ὄφιν, ὃς ἐρεμνοῖς κεύθεσι γαίης
πείρασιν ἐν μεγάλης παγχρύσεα μῆλα φυλάσσει.
[τοῦτο μὲν ἐκ Κητοῦς καὶ Φόρκυνος γένος ἐστί.]

Τηθὺς δ' Ὠκεανῷ Ποταμοὺς τέκε δινήεντας,
Νεῖλόν τ' Ἀλφειόν τε καὶ Ἠριδανὸν βαθυδίνην,
Στρυμόνα, Μαίανδρόν τε καὶ Ἴστρον καλλιρέεθρον,

V. 334. ἐρεμνοῖς] Sic Par. apud Lennepium, Diaconus Alleg. Flach. p. 321 (ἔτι δὲ τοῖς κεύθεσι τοῖς ἐρεμνοῖς). Vulg. ἐρεμνῆς. ἐρεμνοῖς et μεγάλης pro μεγάλοις coni. Wieseler. I p. 7, receperunt Schoem. Fl.

V. 336. Φόρκυνος] Φόρκυος M2. V2. κἀκ Φόρκυνος. Versum eiecerunt Pal. Fl.

V. 339 seq. desunt in M2. ratione aperta.

ἐστίν, ὡς ἀπὸ τοῦ ὁ Φόρκυς τοῦ Φόρκυος, ὥςπερ βότρυς βότρυος. Recentiores inde a Pind. Pyth. XII, 23. Φόρκος forma usi sunt. Omnino autem de variis nominis Φόρκυς flexionibus v. Etym. M. p. 798, 38. Eudociae Viol. p. 419 Lascaris. Gr. Graec. III p. 375 Bas.

V. 334. ὄφιν] Lado (a λάβρος, λάξεσθαι = λαμβάνειν v. Schoem. op. II p. 188) serioribus audit, qui una cum Hesperidibus aurea poma custodit; v. Heyn. ad Apoll. p. 412. — ἐρεμνὰ κεύθεα γαίης speluncam denotant, draconis domicilium. Cf. tamen Schol. Apoll. IV, 1396.

V. 337—345. Memorabilis hic locus est propter geographiam temporis Hesiodei. Nilum primus memorat Hesiodus, qui apud Homerum Αἴγυπτος audit; (v. Laurent. Lyd. de mens. IV, 68. Etiam Phasis in Colchide, qui spectat ad Argonautarum, non memoratus Homero); ex Scythia Istrum et Ardescum (quem esse Salmydessum Vossius suspicatus est de geograph. antiq. p. XVII.), ex Macedonia Haliacmonem, ex Thracia Strymonem et Nessum. V. 338. etiam Eridanum memorat, quem Padum esse iam Hesiodo ex Ligybus suspiceris (v. animadvers. ad 518. Welcker. Tril. Aesch. p. 566 seq.), ex Epiro, Graeciae umbilico, Acheloum et Evenum, ex Peloponneso Alpheum et Ladonem, e Thessalia Peneum. Nihil de ceteris Graeciae Europaeae fluminibus, cum multus sit in enarrandis Asiae fluviis et praesertim Troiae. Ad Troiam pertinent Scamander, Simois, Sangarius, Rhodius, Nessus, Heptaporus, Granicus, Aesepus, ad Lydiam Maeander cum Hermo, ad Mysiam Caicus, ad Paphlagoniam Parthenius. Boeotiae fluvios eum sicco pede transiisse valde memorabile esse videtur. Sed fortasse poëtae eos tantum fluvios enumerare in animo erat, qui seu priscis carminibus seu cultu aliquo eximio per ora hominum vulgati erant: v. Flach. Syst. p. 97. Alii autem aliud de fluminum catalogo statuerunt. V. Schoem. p. 173. Petersen. Ursprung p. 12. Pal. ad h. l. Bergk. Lit. Gr. I p. 982.

V. 339. Ἴστρον] Hesiodi tempore iam ausos esse homi-

Φᾶσίν τε Ῥῆσόν τ', Ἀχελώϊόν τ' ἀργυροδίνην
Νέσσον τε, Ῥοδίον θ' Ἁλιάκμονά θ' Ἑπτάπορόν τε,
Γρήνικόν τε καὶ Αἴσηπον, θεῖόν τε Σιμοῦντα,
Πηνειόν τε καὶ Ἕρμον, ἐϋρρείτην τε Κάϊκον,
Σαγγάριόν τε μέγαν, Λάδωνά τε Παρθένιόν τε,
Εὔηνόν τε καὶ Ἄρδησκον, θεῖόν τε Σκάμανδρον.
Τίκτε δὲ θυγατέρων ἱερὸν γένος, αἳ κατὰ γαῖαν
ἄνδρας κουρίζουσι σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι

V. 340. Ἀχελώϊόν τ' ἀργυροδίνην] V2. unde Lennep. Schoemann. Ἀχελῷόν τ' ἀργυροδίνην cum Guieto. Gaisf. Dind. Cf. Muetzell. p. 97. Plerique codices Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην, quod praetulerunt Goettl. Koechl. al.

V. 341. Ῥοδίον] Sic scripsimus cum M3. pro Ῥόδιον; v. Arcad. de accent. p. 39, 15 seq.: τὰ διὰ τοῦ διος προπαροξύνονται, εἰ μὴ τρισύλλαβα ὄντα τριβράχεα εὑρεθῶσι. καὶ πρὸς διαστολὴν κυρίων καὶ ἐπιθέτων, ὥςπερ ἔχει τὸ Ῥοδίος καὶ Σχεδίος. Sic corrigendus est hic locus ex Eustath. ad Il. p. 890. I. Philop. Ῥόδιος praetulisse videtur. Porro Ῥοδίον τε Λιάκμονα M3.

V. 342. θεῖόν τε Σιμοῦντα] Schol. Ven. Il. XII, 22. Fr. Frankius ad hymn. Hom. I. 36. θεῖον Σιμόεντα scriptum fuisse suspicatur. Cf. adnot. ad v. 340., nisi forte verius Σιμόεντά τε θεῖον cum Hermanno vel θειόν τε Σιμόεντα cum Muetzell. p. 96 fuisse credas.

V. 343 seq. M3. habet 344. 343.

V. 345. Ἄρδησκον] V2. Ἄλδησκον, quae est recentior forma. Ἄλδισκος et Ἄρδισκος ex mala pronuntiatione η literae sunt orta; nam hoc si voluissent Graeci, Ἀρδίσκον pronuntiassent. De duplici huius fluminis scriptura v. Bernhardy ad Dionys. v. 314. Pro Σκάμανδρον V2. Κάμανδρον.

V. 347. σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι] V2. Wolf. Ἀπόλλωνι ξὺν ἄνακτι. Ἀπόλλωνι Ϝάνακτι Fl.

nes Pontum Euxinum navigiis petere hic locus demonstrat. V. Vossii Geogr. ant. p. XVII.

V. 345. θειόν τε Σκάμανδρον] De positione ante vocabulum Σκάμανδρος neglecta cf. Hartel. Stud. I p. 31. La Roch. Unters. p. 43 not. Hoffmann. Iliad. Prol. p. 117. Hercher. in annal. acad. Berol. a. 1875 p. 107 seq. Non iniuria Hercherus propter metricam versus heroici legem violatam, quae res in septendecim Homericorum carminum locis appareat, nomen Scamandri verum et vetustum esse, ut poëtae nil in eo mutare potuerint, nomina Xanthi et Simoentis a posterioribus rhapsodis esse addita et ad hexametri leges accomodata conclusit. De altera forma Κάμανδρος v. Schol. Il. I, 1; commendaverat Alexander Cotyaensis, de quo v. Lehrs. Quaest. ep. p. 8 seq. Cf. adnot. ad Oper. 589.

V. 347. ἄνδρας κουρίζουσι] Schol.: καὶ γὰρ Ἀπόλλωνι καὶ ποταμοῖς οἱ νέοι ἀπέτεμον τὰς κόμας διὰ τὸ αὐξήσεως καὶ ἀνατροφῆς αἰτίους εἶναι, ὡς Ὅμηρος· Σπερχεί', ἄλλως σοί γε

καὶ Ποταμοῖς, ταύτην δὲ Διὸς πάρα μοῖραν ἔχουσι,
Πειθώ τ' Ἀδμήτη τε Ἰάνθη τ' Ἠλέκτρη τε,
Δωρίς τε Πρυμνώ τε καὶ Οὐρανίη θεοειδής,
Ἱππώ τε Κλυμένη τε Ῥόδειά τε Καλλιρόη τε
Ζευξώ τε Κλυτίη τε Ἰδυῖά τε Πασιθόη τε
Πληξαύρη τε Γαλαξαύρη τ' ἐρατή τε Διώνη
Μηλόβοσίς τε Θόη τε καὶ εὐειδὴς Πολυδώρη,
Κερκηΐς τε, φυὴν ἐρατή, Πλουτώ τε βοῶπις,
Περσηΐς τ' Ἰάνειρά τ' Ἀκάστη τε Ξάνθη τε,
Πετραίη τ' ἐρόεσσα Μενεσθώ τ' Εὐρώπη τε,
Μῆτίς τ' Εὐρυνόμη τε Τελεστώ τε κροκόπεπλος
Χρυσηίς τ' Ἀσίη τε καὶ ἱμερόεσσα Καλυψώ,

V. 348. περὶ Διὸς M2. 4.

V. 349. Ἀτμήτη V1. Par. Postea Voss. ad hymn. Cer. p. 119. καὶ Ἠλέκτρη καὶ Ἰάνθη. Ϝιάνθη Fl.

V. 350. θεοϜειδής Fl.

V. 351. Ῥοδία M2.

V. 352. τε Ἰδυῖα] Sic cum nonn. codd. Schoem. Koechl. Cf. anim. ad v. 264. — τε Ϝιδυῖα Fl. — τ' Εἰδυῖα codd. Schol. Exeget. Byz. edd. — Πασιθόη pars codd. Schol. Bas. et Mon., qui addunt ἐν ἄλλῳ Πεισιθόη, Exeg. Byz. apud Flach. p. 396. Πασιθέα Schol. Ven. Πασιθόη edd. pl. Πεισιθόη cum bonis codd. inter quos f. O., Koechl.

V. 353. Ἐρατώ VI. Par.; pro Γαλαξαύρη hymn. 423. levi librarii errore Ταλαξαύρη Hom. V, M2. Γαλαξόρη, M4. Γαλαξάρη.

V. 354. εὐϜειδής Fl.

V. 356. Ἰάνειρα] Taur. Ἰηάνειρα. RS. Περσηΐς τ' ἐρόεσσα e versu sequente.

V. 357. Μενεσθώ] Sic plerique codd. Koechl. Schoem. Μενεστώ V2. Schol. Exeg. Byz. apud Flach. p. 397. Goettlino cf. Muetzell. p. 148.

V. 358. Τελεστώ] Sic M. 2. 3. V2. Bar. Taur. Schol. Exeget. Byz. l. l. pro Τελεσθώ aliorum codd. et Diaconi Alleg. p. 570, 5 = 323 F. quod male effictum ad normam imperativi peccat contra analogiam.

V. 359. Χρυσηίς] Sic e coni. Herm. ad hymn. Hom. V,

πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς· τὰ γὰρ ὕδατα αὐξητικὰ καὶ ὁ Ἥλιος. Eandem sententiam Creuzerus sequi videtur Symb. II, p. 161., quamvis prorsus inter se differant Apollo et Sol. Sed satis apertum est causam, cur fontibus, fluminibus et Apollini hoc servandorum puerorum traditum negotium esset, eam fuisse, ut et corpus et animam servarent pura. Cf. Alexand. Aet. ap. Parthen. p. 15. Passov.: κρήναις καὶ ποταμοῖς νίψατ' ἀεικὲς ἔπος, et quae habent Müllerus Dor. I. p. 325 seq., Lennep. ad h. v. Schoemann. Aeschyl. Prom. p. 150. Preller. Myth. Gr. I p. 45.

V. 349—361. Ad indagan-

Εὐδώρη τε Τύχη τε καὶ Ἀμφιρὼ Ὠκυρόη τε,
καὶ Στύξ, ἣ δή σφεων προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.
αὗται δ' Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος ἐξεγένοντο

421. scripserunt Lennep. Schoem. Koechl. *Κρηνηίς* cum M3 Goettl. *Κρυσίη* V1. *Κρησηΐς* Bar., *Κρυσηΐς* M2. V2. schol. Exeget. Byz. p. 397 F. *Κρισίη* A., *κρισίης* Tr., *Κρησίη* Vat., *Κρυσίης τ' Ἀσία τε* Taur. Boissonadus coniecturam Naekii (Choeril. p. 125.) *Κρισσηΐς* in textum recepit. Cf. Voss. adnot. ad hymn. Cer. p. 120.

V. 362. *αὐταί* V1.

dam nominum Oceanidum significationem plurimum fecit Schoemann. p. 174 seq. et op. II, p. 146 seq., qui has versiones argute prodidit. *Ἀδμήτη* Indomita, *Ἰάνθη* Violiflora, *Ἠλέκτρη* Pellucida, *Δωρίς* Donona (v. Hermann. op. II p. 179), *Εὐδώρη* v. 360 Benefica, *Πολυδώρη* v. 354 Multidua, *Πλουτώ* v. 355 Ditis, *Πρυμνώ* Imula, *Οὐρανίη* Coeligena, *Ἱππώ* Equiria, *Κλυμένη* Cluentia, *Κλυτίη* Cluvia, *Ῥόδεια* Rosea, *Καλλιρρόη* Pulchriflua, *Ζευξώ* Biiuga (v. Herm. op. VI p. 173), *Ἀμφιρώ* Bifida, *Πασιθόη* Omnivaga, *Πληξαύρη* Auriverbera, *Γαλαξαύρη* Lactaura, *Μηλόβοσις* Pecupasca, *Κερκηίς* Radiosa vel Splendida, *Περσηΐς* Tramea, *Ἰάνειρα* Fovela, *Ἀκάστη* Mundula, *Ξάνθη* Flava, *Πετραίη* Saxatilis, *Μενεστώ* Tardiflua, (ubi nos *Μενεσθώ*) *Τελεστώ* Sacrana, *Χρυσηΐς* Aureola, *Καλυψώ* Occulina, *Εὐρώπη* Amplitua, *Ἀσίη* Limosa, *Διώνη* Coelestis (v. Curtii Etym. p. 222), *Πειθώ* Suada, *Μῆτις* Mens, *Ἰδυῖα* Gnara, *Τύχη* Fortuna, *Εὐρυνόμη* Latipota, *Στύξ* Rigua. Adde, quae exposuerunt Preller. I p. 452. Lehrs. Pop. Auf. p. 99 (120) seq. Flach. System p. 99. Erraverunt autem et ii, qui nomina *Εὐρώπη*, *Ἀσίη*, *Δωρίς*, *Ῥόδεια*, *Περσηΐς*, *Ἰάνειρα* ad terras et insulas iisdem nominibus denotatas reiecerunt, male intellectis verbis v. 365 *γαῖαν καὶ βένθεα λίμνης*, et ii, qui extremis septem, quae enumeravimus, Nympharum nominibus, alterum cosmogoniae vel theogoniae genus indicari rati sunt, in quo ex Oceano, h. e. ex aqua, omnium rerum et Deorum origines sint deductae. Nam omnia Oceanidum nomina ad Nympharum varia ingenia et dona optime quadrant, velut *Εἰδυῖα*, *Μῆτις*, *Πειθώ* non inepte ad fatidicas earum virtutes, *Τύχη* ad aquae vel fontium salubritatem hominibus faustam exoptatamque relegantur. Una fortasse *Στύξ* aliam postulat interpretationem, quae antiquis carminibus celebrata iam Homeri temporibus eundem fere, quem dei maiores, honorem assecuta erat. V. Flach. System p. 104.

V. 360. *Τύχη*] Laur. Lyd. de mens. p. 44: *Οὐδαμοῦ τῆς Τύχης ὀνόματος Ὅμηρος μέμνηται, Ἡσίοδος δέ.*

V. 361. *προφερεστάτη*] Non est natu maxima, sed omnium gravissima, quam Iuppiter prae ceteris honore prosecutus est (cf. v. 399.). Cf. Diac. p. 570 = p. 323 F. *Στὺξ δὲ εἴρηται προφερεστάτη πασῶν οὐ διὰ τὸ στυγεῖσθαι, τουτέστι μισεῖσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τιμᾶσθαι μᾶλλον καὶ ζητεῖσθαι τὰ τοιαῦτα ὕδατα.*

πρεσβύταται κοῦραι· πολλαί γε μέν εἰσι καὶ ἄλλαι.
τρὶς γὰρ χίλιαί εἰσι τανύσφυροι Ὠκεανῖναι,
αἵ ῥα πολυσπερέες γαῖαν καὶ βένθεα λίμνης
πάντη ὁμῶς ἐφέπουσι, θεάων ἀγλαὰ τέκνα.
τόσσοι δ' αὖθ' ἕτεροι ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέοντες,
υἱέες Ὠκεανοῦ τοὺς γείνατο πότνια Τηθύς·
τῶν ὄνομ' ἀργαλέον πάντων βροτῷ ἀνδρὶ ἐνισπεῖν,
οἱ δὲ ἕκαστοι ἴσασιν, ὅσοι περιναιετάουσι.
Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε Σελήνην
Ἠῶ θ', ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει
ἀθανάτοις τε θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,
γείναθ' ὑποδμηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι.
Κρίῳ δ' Εὐρυβίη τέκεν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
Ἀστραῖόν τε μέγαν Πάλλαντά τε δῖα θεάων

V. 364. *τρισχίλιαι γὰρ ἔασι τανύσφυραι ὠκεανίδες* M3., *τρεῖς γ. χ. ἔ. τανύσφυραι* V1. Par. Pro *χίλιαι* Schol. Pind. Ol. V, I. habet *μυρίαι*. Sed veram esse omnium codicum lectionem ex Macrob. Saturn. I, 18 Acusilai locum quendam compilante merito conclusit Schoem. op. II p. 163 not. 60.

V. 365. *βένθεα γαίης λίμνης* M2.

V. 367. *τόσσον* V1.

V. 369. *βροτῷ ἀνδρί*] Sic scripsimus hiatus causa, coll. Oper. 485. Cf. Digamma p. 20. Plerique codd. *βροτὸν ἄνδρα.* V2. *βροτὸν ἄνδρ' ἕν'*.

V. 370. *ὅσοι περιναιετάουσι*] Ita V2. Sed Taur. *οἳ ἄρ' περιναιετάουσι.* Ceteri *οἳ ἂν περιναιετάωσι*, quod receperunt Lennep. Koechl. *ἕκαστα ἴσασιν* e coni. cum Eustath. ad Dion. Perieg. p. 644. Lennep. — *Ϝέκαστα* Fl.

V. 371. *Ϝίσασιν* Fl. De *Θεία* v. ad v. 135, de *λαμπράν* ad v. 18.

V. 373. *ἀθανάτοις τε θεοῖσι*] Sic M3. Suaserunt Wolf. et Herm. *θεοῖς, τοὶ* cum rel. codd. Koechl.

V. 374. *ὑπευνηθεῖσ'* A. — *Ὑπερίωνος φιλότητι* M3.

V. 375. *τέκεν ἐν*] V2. Bar. Goettl. Koechl. Vulg. *τίκτεν*, quod rec. Schoem. — De *Κρίῳ* v. anim. ad v. 134.

V. 363. *γε μέν*] tamen. V. Buttm. Exc. I. ad Aratum.

V. 365. *γαῖαν καὶ βένθεα*] Argute de his versibus disputavit Wieseler I p. 8 qui collatis Hom. Od. III, 1, Il. XXI, 196 seq. Hymn. Orph. LI *ὑγροπόροις γαίης ὑπὸ κεύθεσιν οἰκί' ἔχουσαι* non de terra et aqua sibi oppositis poetam hic cogitare, sed de Nymphis arbusta lucosque fontibus propinquos habitantibus patriumque amnem Oceanum lente atque tranquille fluentem visentibus exposuit. Cf. Suid. s. *λίμνη*.

V. 366. *θεάων*] v. Schol.: *ὅτι θεάων ἀντὶ τοῦ θεᾶς, πληθυντικῶς ἀντὶ ἑνικοῦ.*

V. 371. *Θεία*] V. Pindar. Isthm. V, 1.

Πέρσην θ', ὅς καὶ πᾶσι μετέπρεπεν ἰδμοσύνῃσιν.
Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους,
ἀργέστην Ζέφυρον, Βορέην τ' αἰψηροκέλευθον
καὶ Νότον, ἐν φιλότητι θεὰ θεῷ εὐνηθεῖσα.
τοὺς δὲ μέτ' ἀστέρα τίκτεν Ἑωσφόρον Ἠριγένεια
ἄστρα τε λαμπετόωντα, τάτ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.

V. 377. *καὶ πᾶσι*] Sic plerique codd. *ὃς πάσῃσι* M3. Goettl. *μετέτρεπε Ϝιδμοσύνῃσιν* Fl. *Τιτῆσι* pro *καὶ πᾶσι* coni. Wieseler.
V. 379. *ἀργέστην Ζέφυρον*] Sic pars codd. Schoem. Koechl. Fl. *Ἀργέστην, Ζέφυρον* M3. V1. 2. Vat. Taur. fortasse Diac. All. p. 571 = 324 F., Exeget. Byz. p. 397 F. Goettl. Utramque lectionem agnoscit scholiasta V. Flach. Scholien p. 104. — *τ' αἰψηροκέλευθον*] M2. *λαιψηροκέλευθον*, V1. Par. *Βορέην αἰψηροκέλευθον.* Forte *Ζέφυρόν τε, Βορέην τ' αἰψ.*
V. 380. *θεὰ θεῷ*] Sic scripsi cum M1. 2. Taur. Vat. V1. 2. Par. pro *θεῷ θεά.* Prorsus ita infra v. 405. et Hom. Od. V, 97. Il. II, 821. *θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα.* Il. XVI, 176. *γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα.*
V. 381. *μετ' Ἀστραῖον τέχ' ἑωσφόρον* M3.
V. 383. *ἔτεκεν παῖς Ὠκεανοῦ* M3., *ἔτεκεν — θυγατέρα* V1.

V. 377. *Πέρσην*] Est pater Hecatae (v. 409.), cuius praeter hunc locum mentio non fit apud mythologos; v. Buttm. Myth. II. p. 192. Ruhnken. hymn. Cer. 24. Creuzer. Symb. I. p. 339. ed. III. Idem de Astraeo Pallante dictum esto; de quibus omnibus v. Herm. de myth. p. 15 (op. II p. 183). Schoem. p. 100 et op. II p. 232.
V. 379. *ἀργέστην*] Tres tantum hic ventos commemorari (sine Argeste), putabant Acusilaus, Vossius epp. myth. I, 35, Muetzell. p. 46 p. 474 Schoem. op. II p. 362. p. 517. Negabat Goettlingius, auctoritate adiutus Aristarchi, cuius nomen correctura facili et eleganti Gaisfordius in scholion Bas. ad hunc versum immiserat (v. Scholien p. 103). Sed Aristarchi si omnino recte a Gaisfordio et Schoemanno explicata est (cf. Eustath. ad Il. p. 845, 60), sententia nos convincere nequit. Nam quamvis epithetum Zephyri *ἀργέστης* inusitatum sit, quia plerumque Noto apponitur (v. Choerobosc. in Bekk. Anecd. p. 1224), tamen facilius id ferri potest, quam enumeratio quattuor ventorum, quorum princeps *Ἀργέστης* nusquam Euro similis est, nominumque expositio, quae contra morem epicum omni particularum vinculo careat. Difficilior est quaestio, quare commotus Hesiodus hic et Theog. 870 tres tantum ventos salutares enumeraverit, cum iam Homero quattuor venti praecipui fuerint noti (Schol. Ven. Il. XI 306 *Ὅμηρος δὲ τέσσαρας ἀνέμους μόνους οἶδεν*). Iam Vossius rem explanare conatus est, qui Eurum propterea hic non commemorari monuit, quod is in ventis noxiis, i. e. in Typhoei filiis, a poeta haberetur (cf. v. 869), quod quanquam Eurus vel Apeliotes ex more hominum opportunis ventis adnumerabatur, facile ei concedimus. Causa enim sine dubio posita

Στὺξ δ' ἔτεκ' Ὠκεανοῦ θυγάτηρ Πάλλαντι μιγεῖσα
Ζῆλον καὶ Νίκην καλλίσφυρον ἐν μεγάροισι·
καὶ Κράτος ἠδὲ Βίην ἀριδείκετα γείνατο τέκνα,
τῶν οὐκ ἔστ' ἀπάνευθε Διὸς δόμος, οὐδέ τις ἕδρη,
οὐδ' ὁδὸς ὅππῃ μὴ κείνοις θεὸς ἡγεμονεύῃ
ἀλλ' αἰεὶ πὰρ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ ἑδριόωνται.
ὣς γὰρ ἐβούλευσε Στὺξ ἄφθιτος Ὠκεανίνη
ἤματι τῷ ὅτε πάντας Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς
ἀθανάτους ἐκάλεσσε θεοὺς ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
εἶπε δ', ὃς ἂν μετὰ εἷο θεῶν Τιτῆσι μάχοιτο,
μή τιν' ἀπορραίσειν γεράων, τιμὴν δὲ ἕκαστον
ἑξέμεν ἣν τὸ πάρος γε μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
τὸν δ' ἔφαθ', ὅστις ἄτιμος ὑπὸ Κρόνου ἠδ' ἀγέραστος,

V. 384. *πολύσφυρον*, sed suprascr. *καλλίσφυρον* M2. — Pro *Νίκην* M3. V1. Par. *Νείκην.*
V. 387. V1. *κεῖνος*, Vat. *οὐδ' ὁδιὸς ὅππῃ δι' ἐκείνων θεὸς ἡγεμονεύει.* In marg. *γρ. μετ' ἐκείνους.* Hermannus *ἡγεμονεύῃ*, quod receperunt Lennep. Schoem.
V. 392. *Ϝεῖπε* et *μετὰ Ϝεῖο* Fl.
V. 393. *δέ* abest a V1. — *Ϝέκαστον* Fl. — *τὸν* pro *τιν'* coni. Scheer.

erat in locorum, quae ipse habitabat poeta, situ et natura, quam semel Oper. 640 breviter attigit (cf. omnino System p. 113). Neque enim eandem in omnibus Graeciae partibus ventorum naturam fuisse testantur Theophr. de ventis §§ 5, 29, 51 aliique. Aristarchi autem, quod statuimus, iudicium praeter Goettlingum etiam F. S. Lehrsio et G. Grotio hist. Graec. I p. 9 vers. germ. placuit. Ceterum de ventis cf. Plin. h. n. II, 47 XVIII, 31. Vitruv. I, 6 A. Gell. II, 22. Laur. Lyd. de mens. IV, 46.
V. 384. De Stygis liberis cf. Schoem. p. 181. System p. 105.
V. 386—403. Goettl. serioris cuiusdam rhapsodi videbantur esse, argumentis non adiectis.
V. 387. *ἡγεμονεύει*] Guiet. volebat *ἡγεμονεύοι*, quod probabat Wolf. Non recte. Constructio est: *τῶν δόμος οὐκ ἔστιν ἀπάνευθε Διὸς, οὐδὲ ἕδρη, οὐδ' ὁδός ἐστιν αὐτοῖς, ἣν μὴ Ζεὺς ἡγεμονεύει.* Nam neque coniunctivo neque optativo propterea usus est poeta, ut demonstraret nullam non illis viam praeire Iovem; illud vero esset: „si quando Iuppiter illis viam non praeiverit, pro via eam non haberi ab asseclis." Heynius hunc versum pro spurio habuit, nullis tamen additis argumentis.
V. 398. *σφοῖσιν*] Cf. Foerstemann. p. 28: „Atque hoc loco *σφοῖσιν* pro *ἑοῖς* positum singularis numeri ascivit vim et significatum, cum ad Stygem

τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν ἢ θέμις ἐστίν.
ἦλθε δ' ἄρα πρώτη Στὺξ ἄφθιτος Οὔλυμπόνδε
σὺν σφοῖσιν παίδεσσι φίλου διὰ μήδεα πατρός.
τὴν δὲ Ζεὺς τίμησε, περισσὰ δὲ δῶρ' ἀπέδωκεν.
αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον,
παῖδας δ' ἤματα πάντα ἑοῦ μεταναιέτας εἶναι.
ὣς δ' αὔτως πάντεσσι διαμπερές, ὥςπερ ὑπέστη,
ἐξετέλεσσ'· αὐτὸς δὲ μέγα κρατεῖ ἠδὲ ἀνάσσει.
Φοίβη δ' αὖ Κοίου πολυήρατον ἦλθεν ἐς εὐνήν·
κυσαμένη δὴ ἔπειτα θεὰ θεοῦ ἐν φιλότητι
Λητὼ κυανόπεπλον ἐγείνατο, μείλιχον αἰεί,
ἤπιον ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
[μείλιχον ἐξ ἀρχῆς, ἀγανώτατον ἐντὸς Ὀλύμπου.]

V. 396. ἢ θέμις] Cf. Lehrs. quaest. ep. p. 44. ἣ θέμις edd. vett.
V. 397. ἄφθιτος] V2. Bar. ἄφθιτον.
V. 398. σφοῖσιν] V2. σφῇσιν.
V. 399. δῶρ' ἀπέδωκεν] Sic egregie coni. Scheer. M2. Par. V. 1. 2. δῶρα ἔδωκεν, hiatu molestissimo, quod praebent multae editiones. Taur. δέδωκεν, quod scripsit Koechly. Sed δέδωκεν librarii correxerunt, hiatum evitaturi. Cf. Schoem. a h. v.
V. 401. ἑοῦ] Sic Taur. V1. M2. 3. Par. Bar. Koechl. Reliqui codd. ἑούς, quod receperunt Goettl. Schoem. Singularis codicum discrepantia, quae forte criticorum antiquorum auctoritati adscribenda est. Cf. Muetzell. p. 215. — πάντα Ϝεοὺς Fl. — Pro ἑοῦ scribendum esse ἕο coniecit Brugman. l. l. p. 20 not., coll. Musaeo v. 159. Sed v. Apoll. Rhod. Arg. IV, 803 μή τις ἑοῦ ἀντάξιος ἄλλος ἀνάσσοι. — Cf. Flach. die beiden etc. p. 13.
V. 402. ὡςαύτως V1.
V. 403. ἐξετέλεσσεν — ἠδ' ἀνάσσει M2. ἠδὲ Ϝανάσσει Fl.
V. 405. δὴ ἔπειτα] Ita scripsi e Med. cum Dind. pro δ' ἤπειτα vel δήπειτα. M2. θεῶν.
V. 406. ἐγείνατο] V2. γείνατο.
V. 407. ἤπιον V1.
V. 408. cum Goettl. ejec. Pal. Weis. Fl.

sit referendum." V. Brugman. l. l. p. 23.

V. 400. θεῶν μέγαν — ὅρκον] Pind. Ol. VII, 65. (120.): ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν χεῖρας ἀντεῖναι, θεῶν δ' ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν.

V. 404. Huc pertinere videtur quod profert Grammat. ap. Cramer. Anecd. Oxon. I. p. 428: ἢ ἀπὸ Φοίβης μαμμωνυμικοῦ, ὡς Ἡσίοδος (cf. Etym. M. p. 796.), si ad Theogoniam omnino pertinet.

V. 406. Λητὼ μείλιχον] V. anim. ad Theog. 657.

V. 408. Hunc versum ex margine adhaesisse dicunt Guiet., Heyn., Wolf.; Robinsonus tamen commendatum esse ab epanaphora iudicavit. Verum tria sunt quae in reprehensionem incurrere in hoc versu videntur. Primum μείλιχον illud post integrum versum interiectum, quod non pati videtur epanalepsis, cuius ea ratio est, ut gravius quid assequaris repetitione; v. adnot. ad Oper. 3. 657. Hom. Il. XX, 371: καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε. XXII, 126: οὐ μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης. Τῷ ὀαριζέμεναι ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε, Παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν. XXIII, 641 seq.: ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν, Ἔμπεδον ἡνιόχευε. Od. I, 22 seq.: ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας, Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται. Hesiod. Op. 3 seq.; ὅντε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε, Ῥητοί τ' ἄρρητοί τε Διός μεγάλοιο ἕκητι. Callim. Iov. 92. 93. Lav. P. 72: μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἁσυχία. Ἀμφότεραι λώοντο, μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι· Πολλὰ δ' ἁσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος. Adde Nonn. Dion. XXXVI, 104. 105. XLII, 61. 62. 75. 76. Cf. Ruhnk. ad Callim. Lav. Pall. 40. Propert. I, 3, 25. 26. Deinde inane est ἐξ ἀρχῆς: nam quod Clericus voluit, ἐξ ἀρχῆς esse: iam ante Iovem, ridiculum est. Denique offendimus ad ἀγανώτατον, quod aegre excusatur Homerico ὀλοώτατος ὀδμή. Frustra Schoemannus huic versui remedium afferre conatus est μείλιχον ex ἵλαον corruptum esse suspicatus.

V. 411—452. Hunc hymnum in Hecaten non ab antiquo auctore Theogoniae profectum esse, sed additum a recentioribus quibusdam poetis, fortasse Ono-

γείνατο δ' Ἀστερίην εὐώνυμον, ἥν ποτε Πέρσης
ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.
[ἣ δ' ὑποκυσαμένη Ἑκάτην τέκε, τὴν περὶ πάντων
Ζεὺς Κρονίδης τίμησε· πόρεν δέ οἱ ἀγλαὰ δῶρα,
μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
ἡ δὲ καὶ ἀστερόεντος ἀπ' οὐρανοῦ ἔμμορε τιμῆς,
ἀθανάτοις τε θεοῖσι τετιμένη ἐστὶ μάλιστα.
καὶ γὰρ νῦν ὅτε πού τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
ἔρδων ἱερὰ καλὰ κατὰ νόμον ἱλάσκηται,
κικλήσκει Ἑκάτην· πολλή τέ οἱ ἕσπετο τιμὴ
ῥεῖα μάλ', ᾧ πρόφρων γε θεὰ ὑποδέξεται εὐχάς·
καί τέ οἱ ὄλβον ὀπάζει, ἐπεὶ δύναμίς γε πάρεστιν.
ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο

V. 411—452 cum Goettl. eiec. Fl.
V. 414. Defuisse videtur in exemplari Schol. Eur. Hipp. 146. 228. ἀπ' οὐρανοῦ] M2. 3. Schoem. Koechl. Fl. ὑπ' οὐρανοῦ rel. codd. Goettl. Pal. Cf. Schoem. ad h. v. et op. II p. 216.
V. 415. τετιμένη] V2. θεοῖς τετιημένη. M2. τετιμημένη.
V. 416. τοιγὰρ pro καὶ γὰρ coni. Schoem.
V. 417. ἔρδων] V2. ῥέξων.
V. 418. ἕσπεται V1. Par. M3., ἕπεται M2.
V. 419. ᾧ] Taur. Par. οὗ, quod nescio an hic sit melius. Alius enim sunt generis quae protulit Porsonus ad Eur. Hecub. 539. et quae his addidit Schaeferus. Omnia enim haec exem-

καὶ τιμην ἔλαχον, τούτων ἔχει αἶσαν ἁπάντων,
οὐδέ τί μιν Κρονίδης ἐβιήσατο, οὐδέ τ' ἀπηύρα
ὅσσ' ἔλαχεν Τιτῆσι μετὰ προτέροισι θεοῖσιν,
ἀλλ' ἔχει ὡς τοπρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο δασμός.
οὐδ', ὅτι μουνογενής, ἧσσον θεὰ ἔμμορε τιμῆς,
καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε καὶ οὐρανῷ ἠδὲ θαλάσσῃ·
ἀλλ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐπεὶ καὶ Ζεὺς τίεν αὐτήν.

pla de rebus dicta sunt, quae manibus quasi porriguntur. — M2. ὑπεδέξατο.

V. 422. ἔχειν V1.

V. 423. ἐβιήσατο] V1. Taur. ἐβάισατο.

V. 425. τὸ πρῶτον scripserunt Schoem. Koechl.; in V1. ὡς deest, postea legitur ἐξαρχῆς.

V. 427. Hunc versum ex sententia Heynii eiecerunt Wolf. Pal. Weis.

V. 428. ἐπεὶ καὶ Ζεὺς τίεν αὐτήν pro ἐπεὶ Ζεὺς τίεται αὐτήν codd. et edd. coni. Schoem. l. l. Cf. Koechl. de div. part. p. 31.

macrito vel Cercope, certa sunt indicia (de Cercope cf. Müller. Proleg. Myth. p. 299). Monuit hac de re iam Heynius. Primum atque gravissimum quidem hoc est, quod bis a poeta inculcatur Hecaten esse μονογενῆ (v. 426. 448.), nec tamen propterea privatam honore. Τριτογενὴς Ἑκάτη dicitur apud Zenob. Prov. IV, 16. propter tres partes mensis. Scilicet hoc apertum est indicium illatam esse Hecaten ab Orphicis antiquae theogoniae, a qua multum abest haec unum numen procreandi ratio. Μουνογενής vero est proprium Orphicorum vocabulum, de Pallade et Proserpina, quae ipsa videtur esse Hecate, ursurpatum. (Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 545.; μουνογενὴς Ἑκάτη legitur etiam ap. Apollon. Arg. III, 1065., ubi versus theog. 426. allegatur a scholiasta. Cf. praeterea Aesch. Ag. 898: μονογενὲς τέκνον πατρί.) Deinde totus ille numinis alicuius prolixus honor non decet simplicissimam theogoniae Hesiodeae expositionem. Porro abhorret cum ab epicorum antiquorum tum ab Hesiodi dictione παραγίγνεσθαι v. 429. 432. 436 Cf. hymn. Orph. Hecat. 8., abhorret v. 440. οἳ γλαυκὴν ἐργάζονται. Neque epicum putaveris illum ἐσθλοῦ vocabuli usum v. 435. 439. 444.; neque rectam sedem habet θεά 426. Alias serioris originis causas attulerunt Petersen. Ursprung p. 41. Lehrs. Arist. p. 441. Quarum nonnullas refutare conatus est Schoem. op. II p. 215 seq., cum exempli gratia p. 223 adiectivum γλαυκή de mari esse usurpatum, atque apud eundem poetam alia quoque epitheta, omissis substantivis, ad res designandas, quibus illae proprie conveniant, inveniri, velut φερέοικος cochlea Oper. 573, ἀνόστεος polypus Oper. 526, πέντοζος manus Oper. 844, ἴδρις formica Oper. 756, neque repugnare Homericum ὑγρή, aliquoties de mari dictum, ostenderet. Cf. etiam H. Grosse, quaest. criticae p. 10. Nihilominus cum Hecate Theogoniae et Operum poetae prorsus ignota sit, nullo pacto hymnum nostrum

ᾧ δ' ἐθέλει μεγάλως παραγίγνεται ἠδ' ὀνίνησιν·
ἔν τ' ἀγορῇ λαοῖσι μεταπρέπει ὅν κ' ἐθέλῃσιν·
οἳ δ' ὁπότ' ἐς πόλεμον φθισήνορα θωρήσσωνται
ἀνέρες, ἔνθα θεὰ παραγίγνεται, οἷς κ' ἐθέλῃσι
νίκην προφρονέως ὀπάσαι καὶ κῦδος ὀρέξαι·
ἔν τε δίκῃ βασιλεῦσι παρ' αἰδοίοισι καθίζει·
ἐσθλὴ δ' αὖθ', ὁπότ' ἄνδρες ἀγῶνι ἀεθλεύωσιν,
ἔνθα θεὰ καὶ τοῖς παραγίγνεται ἠδ' ὀνίνησι.
νικήσας δὲ βίῃ καὶ κάρτεϊ καλὸν ἄεθλον
ῥεῖα φέρει χαίρων τε, τοκεῦσι δὲ κῦδος ὀπάζει.
ἐσθλὴ δ' ἱππήεσσι παρεστάμεν οἷς κ' ἐθέλῃσι,
καὶ τοῖς οἳ γλαυκὴν δυςπέμφελον ἐργάζονται·
V. 653. Hunc versum e duabus glossis conflatum esse arbitrabatur Wolfius, uncinis seclusit Weis. Sed apertum est δυσηλεγέος ἀπὸ δεσμοῦ dirimenda esse positura ab ἐς φάος ἂψ ἀφίκεσθε, quae cohaerent cum ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος. Cf. v. 658. 659. 669: ὑπὸ χθονὸς ἧκε φόωσδε. Pro ὑπὸ Gaisf. ἀπό.
V. 655. πιφαύσκεαι] Sic recte exhibet V1. recep. Schoem. Koechl. Fl., πιφαύσκεο V2. reliqui codd. πιφάσκεαι, quod recepe-

V. 646. Quod hic dicitur μάλα δηρόν, supra v. 636. erat δέκα πλείους ἐνιαυτούς, et quod hic ἤματα πάντα, supra erat συνεχέως.

V. 653. βουλὰς] V. ad v. 60.

V. 654. ἐξαῦτις] Hesiodum in usu particulae ἐξαῦτις ab Homero recessisse, iam Aristarchus observavit, qui apud Homerum semper significare „denuo", apud Hesiodum (Theog. 654. 659. 915) αὖ vel αὖτις ostenderat. Cf. Lehrs. Ar. p. 158.

ἴδμεν, ὅ τοι περὶ μὲν πραπίδες, περὶ δ' ἐστὶ νόημα,
ἀλκτὴρ δ' ἀθανάτοισιν ἀρῆς γένεο κρυεροῖο.
ἄψορρον δ' ἐξαῦτις, ἀμειλίκτων ἀπὸ δεσμῶν,
σῇσιν ἐπιφροσύνῃσιν ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος
ἠλύθομεν, Κρόνου υἱὲ ἄναξ, ἀνάελπτα παθόντες.

rat Goettl. Cf. Eustath. ad Od. p. 1654, 29. et quae exposuit Rzach. Dial. p. 387.

V. 656. ὅ τοι] Sic Hermannus correxit vulgatum ὅτι. V. Iliad. VIII, 32. 463. XVIII, 197. Odyss. XX, 228. Retinuit codicum lectionem Rzach. Unts. p. 26. — Ϝίδμεν Fl. — ἐσσὶ pro ἐστὶ coniecerat Wolfius laudante Scheerio script. πρατίδας. — περὶ σοὶ πραπίδες coni. Guiet.

V. 658. ἄψορον ἐξ. V1. Par. — ὑπὸ P2. M3. Em. Bar., quod praeferebant Vossius hymn. Hom. V, 338. et Herm. Ceteri ἀπό.

V. 658 seq. Secuti sumus cod. Emm., qui hos versus ita habet, ut prior sit ille ἄψορρον κτλ., posterior σῇσιν, quod secus est in ceteris codd.; σῇσιν ἐπιφροσύνῃσι recepi ex Em., quod Attica correptio in ὑποφραδμοσύνῃσιν ferri non potest apud antiquum epicum poetam. σῇσι δ' ἐπιφρ. Par., σῇσι δ' ἐπιφρ. ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα V1. Vulgo σῇς δ' ἐπιφρ. ὑπὸ κτλ. Voss. ad hymn. Hom. V, 301. ἐπιφροσύνῃσι ὑπό. V. 658 eiecit Fl. scripto v. 659 σῇσι δ' ἐπιφροσύνῃσιν.

V. 659. ὑπὸ ζόφου] Nonnulli codd. praebent ἀπὸ, quod recepit Fl.

V. 660. ἠλύθομεν] V2. ἠλύθομεν, Κρόνου υἱὲ Ζεῦ. ἠλύθομεν etiam M3. V1. (in hoc et Par. deest ἄναξ) Bar. Taur. Editores recentiores ἠλύθαμεν. — Ϝάναξ et ἀνάϜελπτα Fl., ἀνέελπτα Herm., ἀνέϜελπτα Pal., πανάελπτα coni. Wieseler. l. l. I p. 18. Cf. Curt. Etym. p. 528. Digamma p. 7.

V. 657. ἀρῆς — κρυεροῖο] Dorvill. Vann. crit. p. 390. Ἀρεῦς vel Ἄρεος scribi voluit. Prius est monstrum scripturae; sed nulla omnino opus emendatione erat. V. Hom. Il. XVIII, 100: ἔφθιτ' ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι. Cf. animadvers. ad Scut. 29. Quod Dorvillium movisse videtur, ut emendationem eam necessariam esse putaret, masculinum κρυεροῖο, non ita grave est, ut a recepta lectione recedere nos cogat; v. Naekium Choeril. p. 267. Philem. Gr. v. εὐφυής et Favorin. p. 781., secundum quos Hesiodus δαϊζομένου πόληος dixerat. Infra v. 696. est θερμὸς ἀϋτμή. Cf. etiam v. 406 Λητὼ μείλιχον, v. 610 ἀταρτηροῖο γενέθλης, v. 956 κλυτὸς Ὠκεανίνη, Opp. 466 ἱερὸν ἀκτήν, Scut. 395 θῆλυς ἐέρση, scholion Aristonici ad. Theog. 696 τὸ σημεῖον, ὅτι λέγει θερμὸς ἀϋτμὴ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν θερμή, et quae exposuerunt Friedlaenderus Ariston. p. 31. Foerstem. l. l. p. 22. Rzach. Dial. p. 420.

V. 660. ἠλύθομεν] Ἠλύθαμεν perfectum vel potius aoristus qua nitatur auctoritate, nescimus. Pro eo iam Buttmannus suasit ἠλύθομεν (Gr. uber. II. p. 136.) Choeroboscus ap. Bekk. Anecd. p. 1270: μὴ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἤλθομεν ἤλθετε, ἐλάβομεν ἐλάβετε καὶ ἐφάγομεν ἐφάγετε καὶ ἐδράμομεν ἐδρά-

τῷ καὶ νῦν ἀτενεῖ τε νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλῇ
ῥυσόμεθα κράτος ὑμὸν ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,
μαρνάμενοι Τιτῆσιν ἀνὰ κρατερὰς ὑσμίνας.
Ὣς φάτ'· ἐπῄνησαν δὲ θεοί, δωτῆρες ἐάων,
μῦθον ἀκούσαντες· πολέμου δ' ἐλιλαίετο θυμὸς
μᾶλλον ἔτ' ἢ τοπάροιθε· μάχην δ' ἀμέγαρτον ἔγειραν
πάντες, θήλειαί τε καὶ ἄρσενες, ἤματι κείνῳ,
Τιτῆνές τε θεοὶ καὶ ὅσοι Κρόνου ἐξεγένοντο,
οὕς τε Ζεὺς Ἐρέβεσφιν ὑπὸ χθονὸς ἧκε φόωσδε,
δείνοι τε κρατεροί τε, βίην ὑπέροπλον ἔχοντες.
[τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο
πᾶσιν ὁμῶς, κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.]
οἳ τότε Τιτήνεσσι κατέσταθεν ἐν δαΐ λυγρῇ,
πέτρας ἠλιβάτους στιβαρῇς ἐν χερσὶν ἔχοντες.
Τιτῆνες δ' ἑτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας

V. 662. Totus versus deest in V1.

V. 663. μαρνάμεθα Τ. ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ V1. Par.

V. 666. ἔγειραν] P2. ἔγειρον.

V. 669. Ἐρέβεσφιν] Sic V2. Tr. It. Dind. Goettl. Schoem. Ceteri Ἐρέβευσφιν.

V. 671—673. Haec uncinis incluserunt Wolfius, Pal. Weis. Fl., ut ex v. 150 seq. repetita. Non praetermittenda hic censebat Goettl.

V. 675. στιβαρῇς] Sic M2. 3. V2., στιβαράς Bar. Taur. V1. Par.

V. 676 seq. Haec non satis cohaerent: Τιτῆνες δ' ἑτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας προφρονέως, χειρῶν ἔργον ἔφαινον ἀμφότεροι: certe abhorrent a dictione epica. Sensit hoc Boisson., qui posituram mutavit: Τιτῆνες δ' ἑτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας προφρονέως. Χειρῶν τε βίης θ' ἅμα ἔργον ἔφαινον ἀμφότεροι, δεινὸν δὲ ..... Goettlingio ab interpolatore additus esse videba-

μετε εἴπωμεν διὰ τοῦ α, ὥς τινες λέγουσιν ἐν τῇ συνηθείᾳ, οἷον ἐφάγαμεν ἐφάγατε καὶ ἔλθαμεν ἔλθατε κτλ.

V. 664. δωτῆρες ἐάων] V. adnot. ad v. 46.

V. 669. Ἐρέβεσφιν] φι syllaba antiquis temporibus communem genetivi, dativi, locativi, casum notabat: genetivum, ut in ἀπὸ πασσαλόφι, διὰ στήθεσφιν, dativum ut in θεόφιν, βίηφιν, locativum ut in θύρηφι, παρὰ ναῦφιν. Itaque cum Ἐρέβεσφιν ex analogia formarum στήθεσφι, κράτεσφι ortum sit, male cum pluribus codicibus Koechl. Ἐρέβευσφιν scripsit. Cf. Leo. Meyer. Gedrängte Vergleichung der griech. u. lat. Declin. p. 54 seq., Curt., Erläuterungen p. 67 seq. Rzach. Dial. p. 418.

V. 675. ἠλιβάτους] V. ad v. 483.

προφρονέως, χειρῶν τε βίης θ' ἅμα ἔργον ἔφαινον
ἀμφότεροι· δεινὸν δὲ περίαχε πόντος ἀπείρων,
γῆ δὲ μέγ' ἐσμαράγησεν, ἐπέστενε δ' οὐρανὸς εὐρὺς
σειόμενος, πεδόθεν δ' ἐτινάσσετο μακρὸς Ὄλυμπος
ῥιπῇ ὕπ' ἀθανάτων, ἔνοσις δ' ἵκανε βαρεῖα
Τάρταρον ἠερόεντα, ποδῶν τ' αἰπεῖα ἰωὴ
ἀσπέτου ἰωχμοῖο βολάων τε κρατεράων·
ὣς ἄρ' ἐπ' ἀλλήλοις ἵεσαν βέλεα στονόεντα.
φωνὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετ' οὐρανὸν ἀστερόεντα
κεκλομένων· οἱ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ.
οὐδ' ἄρ' ἔτι Ζεὺς ἶσχεν ἑὸν μένος ἀλλά νυ τοῦγε
εἶθαρ μὲν μένεος πλῆντο φρένες, ἐκ δέ τε πᾶσαν

tur v. 676., ne Titanibus suus derogaretur honos, totusque locus sic scribendus: *προφρονέως χειρῶν τε βίης θ' ἅμα ἔργον ἔφαινον ἀμφότεροι.* Sed melius Hermannus *ἔχοντες, προφρονέως· χειρῶν δέ*, omissis versibus 668. 676., alii recensioni, alii versum 666. coniunctum cum v. 668., omisso 667., tertiae v. 664—667. 676. attribuit.

V. 677. *προφρονέων* Em. — *ἔργον*] Taur. *ἔργα*. *ϝέργον* Fl. *ἅμα ἔργ' ἀνέφαινον* coni. Scheer. coll. v. 710. Hom. Il. XX, 211.

V. 679. Pro *ἐσμαράγησεν* coni. Doederl. Gloss. III p. 355 *ἐσφαράγησεν*.

V. 680. *δὲ τινάσσετο* Herm.

V. 682. *ποδῶν τ' αἰπεῖα ἰωή*] Sic Herm. ad Orph. p. 815. Vulgo *ποδῶν αἰπειά τ' ἰωή*, quod praeferebat Schoem. in adnot. ad h. v. Bar. *ποδῶν δ'*. *ϝιωή* Fl.

V. 684. *ὣς ἄρ'*] V1. 2. M3. *ὣς ἄν*. — Pro *ἵεσαν* Taur. *ἵασαν*, A. *ἴεσαν*.

V. 687. *ἶσχεν*] Sic recte Dind. Vulgo *ἴσχεν*. *ἴσχε ϝεὸν* Fl.

V. 678. *περίαχε*] Haec vocalis ι elisio in *περί* praepositione, si elisio dici potest, propria est Aeolensium. V. Herm. ad Orph. p. 820. Bast. ad Greg. Cor. p. 616. Cf. v. 733. Sed cum utrumque verbum *ἰάχειν* et *οἴχομαι* olim digammatum fuerit, *περίαχε* et *περοίχεται* non elisionem sed apocopem praepositionis offerunt, de qua re cf. Ahrens. de dial. aoel. p. 151. Rzach. Unts. p. 39. Dialekt p. 377. Digamma p. 75. *περίαχε* = *περυίαχε* esse statuit Hartel. V. ad. v. 887. Etym. M. p. 92, 13. contractionem hic agnoscit: *αἱ δὲ δεχόμεναι τὸν λόγον τῆς κράσεως οὐ δέχονται τὸν λόγον τῆς ἐκθλίψεως· οἷον προέστη πρόστη* (exemplum non satis aptum), *περιίαχε, περίαχε πόντος ἀπείρων.*

V. 681 seq. Verba *ποδῶν αἰπεῖα ἰωὴ ἀσπέτου ἰωχμοῖο βολάων τε κρατεράων* magis explicant *ἔνοσιν*, unde exorta sit. Fortasse autem v. 683 spurius est, ut v. 846.

V. 688. *ἐκ δέ τε πᾶσαν φαῖνε*] *Δέ τε* nullam habere intendendi vim, sed potius rem paulo incertiorem reddere, ut saepius per nostrum wohl ex-

φαῖνε βίην· ἄμυδις δ' ἄρ' ἀπ' οὐρανοῦ ἠδ' ἀπ' Ὀλύμπου
ἀστράπτων ἔστειχε συνωχαδόν· οἱ δὲ κεραυνοὶ
ἴκταρ ἅμα βροντῇ τε καὶ ἀστεροπῇ ποτέοντο
χειρὸς ἄπο στιβαρῆς, ἱερὴν φλόγα εἰλυφόωντες,
ταρφέες· ἀμφὶ δὲ γαῖα φερέσβιος ἐσμαράγιζεν
καιομένη, λάκε δ' ἀμφὶ πυρὶ μεγάλ' ἄσπετος ὕλη.
ἔζεε δὲ χθὼν πᾶσα καὶ Ὠκεανοῖο ῥέεθρα,
πόντος τ' ἀτρύγετος· τοὺς δ' ἄμφεπε θερμὸς ἀϋτμὴ
Τιτῆνας χθονίους, φλὸξ δ' ἠέρα δῖαν ἵκανεν

V. 689. *ἄμαδις* M3., *ἄμαδις* V1.

V. 690. *συνωχαδόν*] Taur. *συναγαδόν*.

V. 691. *ἀστεροπῇ*] Sic cum Par. al. codd. scripsimus. Recep. Pal. Schoem. Koechl. Fl. *ἀστραπῇ* V1. Em. *ἀστραπῇ εἰ* M3. Bar., quod placuit Goettl. *ἀστεροπῇ εὖ* Em. A.

V. 692. *φλόγα εἰλυφόωντες*] Sic scribi voluit Herm. ad Orph. p. 815. pro *φλόγα θ' εἰλυφόωντες*, et ita fert Emm. cum P2. *ϝειλυφόωντες* Fl.

V. 693. *φερέσβιος*] P2. *φερέσκιος*.

V. 694. *πυρὶ*] Vat. *περί*. — Pro *ἄσπετος* M3. *ἄσχετος*.

V. 695. *ἔζεε*] V2. Em. *ἔζεσε*, P2. *ἔζει*.

V. 696. *ἀμφείπετο* Bar. *ἀμφέσπε* V1.

V. 697. *δῖαν*] Par. 2. *δῖον*, ut videtur.

primi possit, Hermannus monuit ad Viger. p. 836. Potius *δέ τε* est nostrum aber auch atque intendendi vim sane habet et hic et apud Hom. Odyss. XII, 90: *ἓξ δέ τέ οἱ δειραὶ περιμήκεες.* — *πλῆντο*] De hac forma cf. animadv. ad v. 880.

V. 689. *ἄμυδις*] De forma aeolica *ἄμυδις* pro *ἄμαδις* (*ἅμα*) cf. Etym. M. p. 87, 13, Schol. Iliad. IX, 6, Herodian. II, p. 541, Giese, Aeol. Dial. p. 419. Curt. Erläut. p. 72. Rzach. Dialekt p. 362. Hinrichs. de vest. Aeolicis p. 67 seq.

V. 694. *λάκε*] Cf. glossam interlinearem *ἤχει*. Hesych. *ἐθλάσθη, συνετρίβη*. Eiusdem verbi perfectum *λέληκα* legitur Oper. 207. Fortasse hunc versum alludunt Orion. Etym. p. 96, 27. Etym. M. p. 555, 38. V. Flach. Scholien p. 105.

V. 697. *Τιτῆνας χθονίους*] Hoc Titanum epithetum multum difficultatis offert. Nam Pluto quidem v. 767 *χθόνιος* vocatur propter v. 455 *ὃς ὑπὸ χθονὶ δώματα ναίει* et eadem de causa audit Oper. 465 *Ζεὺς χθόνιος*, Titanes autem nunc non subter Terram morantur sed in Terra. Itaque Lennepius p. 323 *χθόνιοι* pro *ἐπιχθόνιοι* a poeta usurpatum esse conclusit, quod vix probabile est. Melius Schoemannus p. 229 originem Titanum alludentem poetam *χθόνιος* significatu vocabuli *γηγενής* vel *αὐτόχθων* posuisse ratus est, coll. Aesch. Prom. 205 *Χθονὸς τέκνα* et Sophocl. Aiac. 202 *χθόνιοι*. Sed cf. Synes. hymn. VIII, 21 *χθονία πύλα*, IX, 5 *χθόνιος ὄφις*. *ἠέρα δῖαν*] Schol. Vat.: *τὸ σημεῖον, ὅτι τὴν ἀέρα λέγει, ὥσπερ καὶ τὸν ἀέρα* (sc. propter Oper. 549). Perperam Schoemannus *ἠέρα δῖον* scripsit. Quo elegantius Scheer.

ἄσπετος, ὄσσε δ' ἄμερδε καὶ ἰφθίμων περ ἐόντων
αὐγὴ μαρμαίρουσα κεραυνοῦ τε στεροπῆς τε.
καῦμα δὲ θεσπέσιον κάτεχεν Χάος· εἴσατο δ' ἄντα
ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν ἠδ' οὔασιν ὄσσαν ἀκοῦσαι
αὔτως, ὡς ὅτε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
πίλναινθ'. οἷος γάρ κε μέγιστος δοῦπος ὀρώροι
τῆς μὲν ἐρειπομένης, τοῦ δ' ὑψόθεν ἐξεριπόντος,
τόσσος δοῦπος ἔγεντο θεῶν ἔριδι ξυνιόντων.
σὺν δ' ἄνεμοί τ' ἔνοσίς τε κονίην ἐσφαράγιζον

V. 700. *κατέχεεν* V1. — *εἴσατο δ' ἂν τοι* coni. Scheer.
V. 701. *ὀφθαλμοῖσι Ϝιδεῖν* Fl.
V. 702. *αὐτὰρ ὡς ὅτε* V1.
V. 703. *μέγιστος δοῦπος*] Cf. schol. Mon.: *ὅτι γράφεται μέγας ὑπὸ δοῦπος ὀρώρει.* — Taur. *μέγας.* — *πίλνατο· τοῖος — ὀρώρει* Goettl. Koechl. *πίλναντο* Taur.
V. 704. *ἐριπόντος* V1. *ἐρεικομένης* coni. Wieseler.
V. 705. Hunc versum uncinis incluserunt Gaisf., Dind., Weis., ut ex Il. XX, 66. deprομptum: *τόσσος ἄρα κτύπος ὦρτο θεῶν ἔριδι ξυνιόντων.* Non persuadent; nam Homerico versu in simili causa usus est etiam Nonnus Dion. XXXVI, 106. — Pro *ἔγεντο* Bar. Par. *ἔπλειτο*, V1. *ἐγένετο*, unde Hermannus concludit unum poetarum scripsisse *τόσσος ἄρ' ἔπλετο δοῦπος ἀΰτῃ τε ξυνιόντων.*
V. 706. *ἄνεμοί τ' ἔνοσις*] Sic correxit Schoem. pro *ἐνοσίν τε κόνιν θ' ἅμα* aut *ἔνοσίν τε κονίην τ'*, quod rec. Goettl., eiectis versibus 707—708, qui uno cod. Parisino absunt. Recte enim ventos non *ἔνοσιν* efficere posse perspexit. Cf. op. II p. 437 seq. Vocabuli *σφαραγίζειν* significationem Hesychius attulit *μετὰ ψόφου δονεῖν.* V. Curt. p. 176. — *σὺν δ' ἔμενοι* coni. Wieseler.

in Mus. Rhen. XXIV p. 623 seq. *αἰθέρα δῖαν* coniecit, quod nescio an restituendum sit.

V. 700. *κάτεχεν Χάος*] Mire Lennepius p. 324 ignem supra Terrae fines dilabentem voraginem vastam, quae v. 740 *μέγα χάσμα* audiat, attingere docuit, laudatus a Schoem. p. 229. V. Flach. System p. 12 not. 2: „Es ist daher ebenso erklärlich, dass unter *Χάος* v. 700 etwas anderes gemeint sei, indem der Dichter der Titanomachie in drastischer Weise das zusammengeschüttelte, zitternde und brennende Weltall so nennt, wie dass v. 814 *πέρην Χάεος* an einer unechten Stelle steht."

V. 702. Si pristinam scripturam sequeris: *ὡς ὅτε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν πίλνατο,* mire dictum est: *ὡς ὅτε γαῖα καὶ οὐρανὸς πίλνατο· τοῖος γάρ κε ὀρώρει.* Hoc enim *ὡς ὅτε πίλνατο* ita dictum, quasi vere factum aliquando esset: tantus erat tumultus, quantus tum fuit, cum terra et coelum, summa cum imis, miscebantur; illud vero *τοῖος γάρ κε μέγιστος δοῦπος ὀρώρει* eum colorem habet, ut sensus videatur esse contrarius; tantus, si hoc fieret, existeret tumultus. Verba corruptissima sanavit Schoem. in adnot. ad h. v. *πίλναινθ'· οἷος γάρ κε — ὀρώροι — τόσσος δοῦπος ἔγεντο.* Antea iam Hermannus op. VI, p. 181 optativum *πίλναινθ'* postulaverat.

[βροντήν τε στεροπήν τε καὶ αἰθαλόεντα κεραυνόν,
κῆλα Διὸς μεγάλοιο, φέρον δ' ἰαχήν τ' ἐνοπήν τε]
ἐς μέσον ἀμφοτέρων, ὄτοβος δ' ἄπλητος ὀρώρει
σμερδαλέης ἔριδος, κάρτος δ' ἀνεφαίνετο ἔργων,
ἐκλίνθη δὲ μάχη· πρὶν δ' ἀλλήλοις ἐπέχοντες
ἐμμενέως ἐμάχοντο διὰ κρατερὰς ὑσμίνας.
οἳ δ' ἄρ' ἐνὶ πρώτοισι μάχην δριμεῖαν ἔγειραν
Κόττος τε Βριάρεώς τε Γύης τ' ἄατος πολέμοιο,
οἵ ῥα τριηκοσίας πέτρας στιβαρῶν ἀπὸ χειρῶν
πέμπον ἐπασσυτέρας, κατὰ δ' ἐσκίασαν βελέεσσι
Τιτῆνας, καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
πέμψαν καὶ δεσμοῖσιν ἐν ἀργαλέοισιν ἔδησαν,
νικήσαντες χερσὶν ὑπερθύμους περ ἐόντας,
τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης·
ἶσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.

V. 707. *ἀγαθόεντα* V1. V. 707—708 eiec. Schoem.
V. 709. *ὄτοβος*] V. Schol.: *γράφεται καὶ κόναβος.* — Pro *ἄπλητος* Etym. M. p. 636, 56 *ἄτλητος*, quod praef. Hermannus.
V. 710. *Ϝέργων* Fl.
V. 711. Pro *ἐκλίνθη* V1. *κλίνθη.*
V. 712. *ἐμάχοντο*] Taur. *διεμάχοντο.*
V. 714. *ἄϜατος* Fl.
V. 715. *τριακοσίας* V1.
V. 716. *πέμπεν* V1.
V. 720. *γαίης ὅσον* V1.
V. 721. Par. et Vat. *τόσσον δ' αὖ ἀπὸ γαίης ἐς Τάρταρον ἠερόεντα,* M3. *τόσσον γάρ τ'*, V1. *τόσσον γάρ τ' ἀπὸ γαίης.* Hunc versum absurdum stolidi grammatici emblema habet Ruhnkenius, uncinis seclusit Weisius. Certe inanis est et languet

V. 709. *ὄτοβος*] Cf. glossam interlinearem *θόρυβος, ψόφος.*

V. 711. *ἐκλίνθη*] *μάχην κλίνειν* est inclinare pugnam. V. Hom. Il. XIV, 510 *ἐπεί ῥ' ἔκλινε μάχην κλυτὸς Ἐννοσίγαιος.*

V. 712. *ἐμάχοντο*] *οἱ θεοί.* Hoc propterea moneo, quod v. 713. sequitur *οἳ δ' ἄρ' ἐνὶ πρώτοισι κτλ.*

V. 716. *ἐπασσυτέρας*] Adiectivum Aeolicum *ἐπασσύτεροι* pro *ἐπασσότεροι* agnoscunt Schol. ad Iliad. I, 383. Herodian. I, p. 195. II p. 364 Lentz. aliique. Cf. Curt. Erl. p. 72. Rzach. Dialekt p. 362. Hinrichs l. l. p. 70.

V. 720. *τόσσον ἔνερθ'*] Longe diversa est Hesiodi Tartari descriptio ab Homerica in Iliad. VIII, 16 seq., quo loco Tartarum sub Plutonis aedibus iacere poeta fabulatur. Cf. System p. 116.

[ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
οὐρανόθεν κατιὼν δεκάτῃ ἐς γαῖαν ἵκοιτο·
ἐννέα δ' αὖ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
ἐκ γαίης κατιὼν δεκάτῃ ἐς Τάρταρ' ἵκοιτο·]
τὸν πέρι χάλκεον ἕρκος ἐλήλαται· ἀμφὶ δέ μιν νὺξ

incredibiliter. A manuscr. V2. et Emm. absunt v. 721—723. *Ϝῖσον* Fl.

V. 722—725 omisit Par. F (n. 2776) apud Lennepium. Omnes versus uncinis secluserunt Schoem. Fl. V. Schoem. ad h. v. — V. 722—723 desunt in O.

V. 723—725. Vat. ita: — *δεκάτῃ δ' ἐς γαῖαν ἵκοιτο, Ἶσον δ' αὖ ἀπὸ γαίης ἐς Τάρταρ' ἵκοιτο· Ἐννέα γὰρ — ἄκμων Ἐκ γαίης κατιὼν δεκάτῃ δ' ἐς Τάρταρον ἵκοι.* In Taur. M3. V1. al. v. 723. 724. desunt et pro *ἵκοι* in Taur. v. 725 legitur *ἵκοιτο*; *δεκάτῃ δ'* M3. V1.

V. 724. *ἐννέα δ' αὖ*] V2. Em. *ἐννέα γάρ*. Pro *Τάρταρα* omnes praeter Vat. *Τάρταρον*; *ἵκοιτο* autem propterea scriptum esse debuit, quod nemo intellegeret, cur in Bar. 724. 725. prorsus desint nisi propter eundem exitum versuum.

V. 726. *ἐλήλαται*] Taur. *ἐλήλατο*.

V. 722. *ἄκμων*] Non est „Donnerkeil", quem recentiores *μύδρον* vocant, ut obtinet Curtius p. 127, praeeunte Goettlingio, sed incus. V. Schoem. p. 232.

V. 723. *ἵκοιτο*] Cave, ne scribas *δεκάτῃ κ' ἐς Τάρταρον ἵκοι.* Sensus est enim *εἰ ἵκοιτο, ἀλλ' οὐχ ἵξεται.* V. Reisig. de *ἄν* part. p. 129. et quae exempla ego dedi ad Aristot. Polit. p. 350. Aptissimum est verbum Antisthenis ap. Diog. Laert. VI, 1, 3: *Μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην*, sc. *ἀλλ' οὐδέτερον ἂν ποιήσαιμι.* Nam in hoc *μανείην* non magis optativum licet agnoscere quam in illo *ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν* Callim. Iov. 65. Aliter Hermannus de *ἄν* particula III, 5. — *δεκάτῃ*] Noli putare hoc multum discrepare ab Homeri sententia, apud quem Il. I, 592. Vulcanus narrat: *πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι κάππεσον ἐν Λήμνῳ.* Nam quod Homerus de Olympo monte dixit, id apud Hesiodum de coelo narratur. Sed cf. System p. 129.

V. 726—819. Octo diversa carmina diversorum auctorum sibi agnosse visus est L. Dindorfius. (Cf. Herm. ep. ad Ilgen. p. XI.) I) 720—735. 820. 821. II) 725. 740—745. III) 725. 736—739. (807—810.) Eodem loco interpolata esse IV) 858—766. V) ab alio haec 767—774. VI) 775—806. VII) 811—819. VIII) 733. 746—757. Atque verissimum est quidem Hesiodi theogoniae h. l. ab aliis quaedam adiecta esse; sed quaenam sint ea, difficile est dictu. Sic quod ille versus 740—745. statim post 725. traiici iubet, habet magnam quidem veri speciem, sed impediri tum eo videtur, quod v. 740. aliud est subiectum quam 722. *χάλκεος ἄκμων*, tum eo, quod, quamquam portarum Neptuni (v. 732.) nondum iniecta mentio est, tamen 741. dicitur *εἰ πρῶτα πυλέων ἔντοσθε γένοιτο.* Sed antequam aliquid de hoc loco statua-

τριστοιχεὶ κέχυται περὶ δειρήν· αὐτὰρ ὕπερθεν
γῆς ῥίζαι πεφύασι καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
ἔνθα θεοὶ Τιτῆνες ὑπὸ ζόφῳ ἠερόεντι
κεκρύφαται βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο,
[χώρῳ ἐν εὐρώεντι, πελώρης ἔσχατα γαίης.]

V. 727. *τριστοιχεὶ*] Vat. *τριστοιχεὶ ἂν* (sic), *τριστιχεὶ* V1.

V. 728. *πεφύασι*] Bar. Em. *πεφύκασι.*

V. 730. *Διὸς μεγάλοιο ἕκητι* Em.

V. 731. Secluserunt uncinis hunc versum interpretes inde ab Guieto omnes, post v. 745 ponendum putabant Hermannus, Gerhardius, Schoemannus.

mus, ut de carcere illo Titanum uberius exponatur necesse est. Errant omnino qui putant Tartarum omnem esse Titanum custodiam; apertum est enim in parte Tartari tantum custodiri praecipuos Titanes, Saturnum Rheam, Iapetum cet. Nam is locus v. 736. dicitur *Ταρτάρου πηγαί*, ima sedes Tartari; hoc est illud *χάσμα μέγα* (v. 740.), cui muri (*τοῖχος*) portaeque impositi sunt a Neptuno v. 732. 733. 741. Cf. Hom. Il. VIII, 13 seq., cum quibus minime confundere licet *χάλκεον ἕρκος* (v. 726.), verticem Tartari (*δειρή* v. 727.), quo tellus separatur ab omni Tartaro; hoc est illud *οὖδας* (v. 741.), illa *ἔσχατα γαίης* (v. 731.). In eodem Tartaro, quanquam aliquanto superior hoc primorum Titanum carcere (*τῶν πρόσθε* v. 746.), est sedes Atlantis, Noctis, Solis etc., quorum hi, si imo loco una cum ceteris Titanibus inclusi essent, non possent commercia hominum peragrare, quod fit per *χάλκεον οὐδὸν* coeli (v. 749.), qui longe diversus est ab ima ianua (v. 732. Cf. Hom. Il. VIII, 15.). Etiam superior (v. 767. *πρόσθεν*) est Plutonis et Proserpinae domus. Hinc sequitur ea coniectura Dindorfii, qua v. 746—757. traiiciuntur post 733., interrumpi seriem locorum domiciliorumque. Hermannus ita facit cum Dind., ut primam recensionem putet esse versuum 720—735., eiecto tamen v. 731. Verum secundae tribuit 736—742., tertiae 758—766., quartae 767—773., quintae 807—817., sextae 775. 743—745. 731. 746—757.; versus denique 755—757. putat esse alius poetae pro versibus 752—754. — Alia autem interpretationis via patet, quae veri speciem luculentam habeat. Neque enim altera Tartari descriptio, quae v. 746—806 continetur, ab eodem poeta profecta esse potest, qui v. 720—742 composuit, quoniam his versibus Tartarum sub Orco esse, illis Tartarum Hademque ipsum ad occidentem vergere fingitur. Quod si recte se habet, v. 746—806 a rhapsodo aliquo additi sunt, qui in genuina descriptione Atlantem, Noctem, Solem a poeta non memoratos aegre ferebat. Cf. System p. 116 seq.

V. 727. *τριστοιχεὶ*] Dind. contra omnes tam edd. vett. quam codd. mscr. *τριστοιχί*. Sed pauca ea adverbia, quae, a nominibus isosyllabis derivanda, exeunt in *ι*, non in *ει*, corripiuntur, ut *ἀμισθί* Archilochium, minus recte formatum ad analogiam verbalium adiectivorum in *στί* desinentium, et seriorum poetarum *ἀωρί* (Theocr. XXIV, 38.) et *πανδημί* (Brunck. An. II. p. 349.).

τοῖς οὐκ ἐξιτόν ἐστι, πύλας δ' ἐπέθηκε Ποσειδῶν
χαλκείας, τεῖχος δὲ περοίχεται ἀμφοτέρωθεν.
ἔνθα Γύης, Κόττος τε καὶ Ὀβριάρεως μεγάθυμος
ναίουσιν, φύλακες πιστοὶ Διὸς αἰγιόχοιο.
ἔνθα δὲ γῆς δνοφερῆς καὶ Ταρτάρου ἠερόεντος
πόντου τ' ἀτρυγέτοιο καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
ἑξείης πάντων πηγαὶ καὶ πείρατ' ἔασιν,
ἀργαλέ', εὐρώεντα, τάτε στυγέουσι θεοί περ,
χάσμα μέγ', οὐδέ κε πάντα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν
οὖδας ἵκοιτ', εἰ πρῶτα πυλέων ἔντοσθε γένοιτο.

V. 732. θύρας Tr. Vat. P2. — Ποσειδῶν] Sic codd. Koechl. Ποσειδέων cum V2 scripserunt Goettl. Schoem.
V. 733. τεῖχος δὲ περοίχεται] Sic codd. Vat. M3. P2., coniecit Herm. ad Orph. p. 820. τοῖχος Med., quod receperat Goettl. περίκειται δ' vel περικεῖται vulg. Cf. Digamma p. 77.
V. 734. Vulgo Κόττος τε καὶ ὁ Βριάρεως. Taur. sine τε. Cf. v. 617.
V. 736. 775. 807. ἐνθάδε A. Gaisf.
V. 739. ἀργαλέ'] Philod. περὶ εὐσεβείας p. 27 ζμερδαλέ'.
V. 741. ἵκοιτο — γένοιτο] Ridicula est coniectura Guieti ἵκοιο et γένοιο. — Pro πρῶτα Taur. πρόσθε.

V. 732. Cur Neptuno hoc iniunctum negotii est, non Vulcano? πύλας ἐπέθηχ' Ἥφαιστος? Nempe quod ille ῥιζοῦχος et ἐννοσίγαιος est. Nam qui moenia profliget, eundem e Graecorum opinione etiam exstruere posse consentaneum est. Itaque Neptunus etiam Laomedonti moenia condiderat pertinetque id negotium proprie ad huius prolem, Cyclopas; v. Hes. ap. Schol. Lycophr. v. 393. Hom. Il. XXI, 442. — ἐξιτόν] Hoc unicum esse verbalis huius adiectivi exemplum sine duplicata in fronte radice monuerant. Buttm. Gr. ub. I. p. 554. Foerstem. p. 44. Iam prius alibi παριτέ proposueram ex Callim. Lav. Pall. 90. Addo nunc ἀπρόϊτος apud Dinarch. c. Demosth. p. 102, 1. H. St. coll. Atticista ap. Villois. Anecd. II. p. 83. Ἰτόν (non ἶτον) habet oraculum ap. Herodot. VII, 140.

V. 732. Scholion mire quantum appositum est λείπει ἡ διά, τούτων τῶν ῥιζῶν οὐκ ἐκβαδιστέον, οὐ πορευτέον, unde scholiastam τῶν, non τοῖς, legisse neque v. 731 in exemplari suo invenisse, cum τούτων τῶν ἐσχάτων dicendum ei esset, recte coniecit Schoemannus ad h. v. Cf. Friedländer. Ariston. p. 26. Flach. Scholien p. 105. De apocope in περοίχεται v. ad v. 678.

V. 739. εὐρώεντα] Significatum huius vocabuli esse σκοτεινός docuit Nauckius, Bullet. 1876 p. 12.

V. 741. ἵκοιτο — γένοιτο] Opus est, ut τις intelligatur cum Wolfio; vid. scholion ὅτι ἐλλείπει τὸ τίς, οἷον οὐδ' ἄν τις. Cf. Iliad. XIII, 287 et XXII, et quae exposuit Friedlaender. Ariston. p. 6.

ἀλλά κεν ἔνθα καὶ ἔνθα φέροι πρὸ θύελλα θυέλλῃ
[ἀργαλέη· δεινόν τε καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι
τοῦτο τέρας· καὶ νυκτὸς ἐρεμνῆς οἰκία δεινὰ
ἕστηκεν νεφέλῃς κεκαλυμμένα κυανέῃσι.]
Τῶν πρόσθ' Ἰαπετοῖο πάϊς ἔχετ' οὐρανὸν εὐρὺν
ἑστηώς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτῃσι χέρεσσιν,
ἀστεμφέως, ὅθι Νύξ τε καὶ Ἡμέρη ἆσσον ἰοῦσαι
ἀλλήλας προςέειπον, ἀμειβόμεναι μέγαν οὐδόν,
χάλκεον. ἡ μὲν ἔσω καταβήσεται, ἡ δὲ θύραζε
ἔρχεται, οὐδέ ποτ' ἀμφοτέρας δόμος ἐντὸς ἐέργει,
ἀλλ' αἰεὶ ἑτέρη γε δόμων ἔκτοσθεν ἐοῦσα
γαῖαν ἐπιστρέφεται, ἡ δ' αὖ δόμου ἐντὸς ἐοῦσα
μίμνει τὴν αὐτῆς ὥρην ὁδοῦ, ἔςτ' ἂν ἵκηται,
[ἡ μὲν ἐπιχθονίοισι φάος πολυδερκὲς ἔχουσα,

V. 742. προθύελλα Bar. Antea φέρει M3. V1.
V. 743—745. Hi versus mire languent. Igitur seclusimus utpote non profectos ab Hesiodo.
V. 743. δεινὸν δὲ Par. Orell.
V. 744. νυκτὸς δ' ἐρεβεννῆς M3. sine καί.
V. 746. ἔχει οὐρανόν] Sic M3. Herm. Schoem. ἔχετ' codd. Goettl. Koechl.
V. 747. ἑστειώς V1.
V. 748. ἀστεφέως M3. — Ἡμέρη] Ita Vat. Par. M4. pro vulgato Ἡμέρα, quod abhorret a dictione epica. Sic etiam Boisson. cum Spitznero de versu Gr. her. p. 34. Cf. v. 124. — Pro ἄσσον ἰοῦσαι, ut M2. 3., Bar. ἡμέραι τάσσον, V1. Par. ἆσσον ἰοῖσαι (antea hic pro ὅθι habet ὅθεν). Scholiasta ad v. 744. videtur ἀμφὶς ἐοῦσαι legisse.
V. 754. ἔςτ'] P2. V1. εὖτ'. εἰς ὅκ' ἵκηται coni. Scheer.
V. 755—757. Haec uncinis inclusit Wolf. ad Heynii sententiam. Secuti sunt Gaisf., Dind., Weis. V. 757—761 eiecit Pal.

V. 742. φέροι πρὸ θύελλα] προφέρειν saepius de tempestatibus dictum est; vid. Hom. Il. VI, 346, Od. XX, 64.

V. 746—806. „Unhesiodische Schilderung der Unterwelt" V. 807—819 „Zweite Recension der hesiodischen Schilderung" Fl. V. ad v. 617 et 726.

V. 749. ἀμειβόμενοι] De ἀμείβεσθαι vel ἀμείβειν i. e. per vices aliquid ingredi cf. Aesch. Choeph. 571 ἀμείψω βαλὸν ἑρκείων πυλῶν et Theocr. Id. II, 104 θύρας ὑπὲρ οὐδὸν ἀμειβόμενων, ubi scholiasta docet ἀμειβόμενον ἀντὶ τοῦ ἀμείβοντα· ἀμείβω γὰρ τὸ διέρχομαι — ἀμείβομαι δὲ διαδέχομαι λόγῳ ἢ ἄλλῳ τινὶ πράγματι.

V. 750. καταβήσεται] Sapienter poeta futuro nunc usus est: quando haec intus itura est, illa prorumpit. Non opus est igitur coniectura Guieti καταδύεται. De futuro

ἡ δ' Ὕπνον μετὰ χερσί, κασίγνητον Θανάτοιο,
Νὺξ ὀλοή, νεφέλῃ κεκαλυμμένη ἠεροειδεῖ.]
Ἔνθα δὲ Νυκτὸς παῖδες ἐρεμνῆς οἰκί' ἔχουσιν,
Ὕπνος καί Θάνατος, δεινοὶ θεοί· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν
οὐρανὸν εἰςανιὼν οὐδ' οὐρανόθεν καταβαίνων.
τῶν ἕτερος μὲν γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
ἥσυχος ἀνστρέφεται καὶ μείλιχος ἀνθρώποισι,
τοῦ δὲ σιδηρέη μὲν κραδίη, χάλκεον δέ οἱ ἦτορ
νηλεὲς ἐν στήθεσσιν· ἔχει δ' ὃν πρῶτα λάβῃσιν
ἀνθρώπων· ἐχθρὸς δὲ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν.
Ἔνθα θεοῦ χθονίου πρόσθεν δόμοι ἠχήεντες,
ἰφθίμου τ' Ἀΐδεω καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης,
ἑστᾶσιν, δεινὸς δὲ κύων προπάροιθε φυλάσσει,
νηλειής, τέχνην δὲ κακὴν ἔχει· ἐς μὲν ἰόντας
σαίνει ὁμῶς οὐρῇ τε καὶ οὔασιν ἀμφοτέροισιν,
ἐξελθεῖν δ' οὐκ αὖτις ἐᾷ πάλιν, ἀλλὰ δοκεύων
ἐσθίει ὅν κε λάβῃσι πυλέων ἔκτοσθεν ἰόντα
[ἰφθίμου τ' Ἀΐδεω καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης.]
Ἔνθα δὲ ναιετάει στυγερὴ θεὸς ἀθανάτοισι,
δεινὴ Στύξ, θυγάτηρ ἀψορρόου Ὠκεανοῖο
πρεσβυτάτη. νόσφιν δὲ θεῶν κλυτὰ δώματα ναίει
μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέ'· ἀμφὶ δὲ πάντῃ

V. 758. ἐρεμνοί M3.
V. 760. ἐπιδέρκεται] P2. ἐπιδέρκει.
V. 762. τῶν δ' Par., ἕτερος γαίην τε M3.
V. 764. χάλκεον δέ οἱ] καὶ χάλκεον P2.
V. 768. uncinis inclusit Pal.
V. 770. μὲν κακὴν V1.
V. 774. Hic versus deest in Par. Vat. M3. 4. Em. V1. Recte igitur Boisson. cum Ruhnk. delevit. Secuti sunt Pal. Schoem. Koechl. Weis.
V. 778. μακροῖσιν πέτροισιν — κατηρεφῆ M3.

aoristo v. Herm. de emend. rat. p. 197.
V. 760. Vid. Hom. Od. XI, 16.
V. 767 seq. Post ἠχήεντες et post Περσεφονείης commata posuimus, ne alius videretur esse θεὸς χθόνιος quam qui proxime legitur Ἀΐδης. Addita est enim Proserpina ut secundaria quaedam persona. Quare haud necessaria est coniectura Guieti θεῶν χθονίων. Wolf. ex Hom. Od. X, 534. vel XI, 47. additum esse putat v. 768.
V. 771. οὔασιν ἀμφοτέροισιν] V. ad v. 312.

κίοσιν ἀργυρέοισι πρὸς οὐρανὸν ἐστήρικται.
[παῦρα δὲ Θαύμαντος θυγάτηρ πόδας ὠκέα Ἶρις
ἀγγελίην πωλεῖται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
ὁππότ' ἔρις καὶ νεῖκος ἐν ἀθανάτοισιν ὄρηται,]
καί ῥ' ὅτε τις ψεύδηται Ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων,
Ζεὺς δέ τε Ἶριν ἔπεμψε θεῶν μέγαν ὅρκον ἐνεῖκαι
τηλόθεν ἐν χρυσέῃ προχόῳ, πολυώνυμον ὕδωρ,
ψυχρόν, ὅ τ' ἐκ πέτρης καταλείβεται ἠλιβάτοιο,

V. 779. ἀργαλέοισι V1.
V. 780—783. Hos versus, ut ineptissimos nihil ut supra, suspectos primum ab Heynio factos, Wolf. et Weis. omnes secluserunt, Gaisf. et Dind. tantum v. 780—782, quoniam v. 780 idem dicitur quod v. 784, v. 782 idem quod. v. 783.
V. 781. ἀγγελίην] Sic cod. Emm. Schoem., de quo cf. Iliad. XI, 140. ἀγγελίης A. cum nonnullis codd., quod scripserat Goettl. ἀγγελίη M3. V1. 2. Taur. cum Buttmanno Koechl.
V. 783. καί ῥ' ὅστις ψεύδηται praebent editiones vitiose. Corruptela enim in his versibus latet, cui remedium parare conatus est Gerhardius, qui καί ῥ' ὅτε τις correxit, laudatus a Fl., qui hac scriptione recepta in sequente versu Ζεὺς τότε Ἶριν emendavit, coll. Theog. 87. Opp. 511. 671. Aliam viam ingressus est Schoem. p. 238 not., qui Ζεὺς δ' ἄρα pro Ζεὺς δέ τε proposuit coll. Iliad. IX, 510 seq. Ὅτε τις coni. etiam Scheer l. l.
V. 784. ἐνεῖκε (sic) V1. Par.
V. 785. πολυώνυμον] Em. M3. πολυόμβριμον.

V. 780—783. Poëta dixerat v. 777. procul a diis ceteris domicilia habere Stygem (νόσφι θεῶν κλυτὰ δώματα ναίει); nunc additur raro etiam accidere, ut Iris eo perveniat, ubi Styx habitet, atque id tum tantum accidere, cum iusiurandum diis sit praestandum. Hoc est illud: ὁππότ' ἔρις καὶ νεῖκος ἐν ἀθανάτοισιν ὄρηται: nam ita iureiurando opus est. Quod additur ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης causam habet in regione atque situ Orci.
V. 781. ἀγγελίην] Aristarchus sine dubio ἀγγελίης scripsit, quod ei idem significavisse, quod ἄγγελος, ex animadversionibus Ariston. ad Il. III 206 et XIII, 256 patet. Cf. La Roche, Hom. Textkritik p. 176. A. Nauck. Odysseae praef. p. IX. Itaque Diaconus Alleg. p. 594 = 350 F. scripturam grammaticorum retinuit: καὶ πέμπεται παρὰ τοῦ Διὸς ἄγγελος. Melius alii τι vel ἕνεκα supplendum aut ἀγγελίην scribendum esse censuerunt. Goettlingius πωλεῖσθαι ἀγγελίης, ut πρήσσειν ὁδοῦ, θεῖν πεδίον dictum contenderat. Sed cf. Muetz. p. 236.
V. 784. μέγαν ὅρκον ἐνεῖκαι] Styx ipsa est μέγας ὅρκος, per quem dii iurant. Cf. v. 400. Il. II, 755. Similiter Nonn. Dion. XLII, 527. Hinc a Latinis Orcus dicitur. Cf. Plin. H. N. IV, 8: „Peneus — accipit amnem Orcon, nec recipit, sed olei modo supernatantem (ut dictum est Homero) brevi spatio portatum abdicat, poenales aquas dirisque genitas argenteis

ὑψηλῆς· πολλὸν δέ θ' ὑπο χθονὸς εὐρυοδείης
ἐξ ἱεροῦ ποταμοῖο ῥέει διὰ νύκτα μέλαιναν
Ὠκεανοῖο κέρας· δεκάτη δ' ἐπὶ μοῖρα δέδασται.
ἐννέα μὲν περὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
δίνῃς ἀργυρέῃς εἱλιγμένος εἰς ἅλα πίπτει,
ἡ δὲ μί' ἐκ πέτρης προρέει μέγα πῆμα θεοῖσιν.
ὅς κεν τὴν ἐπίορκον ἀπολείψας ἐπομόσσῃ

V. 791. εἰλιγμένος V1.
V. 792. πέτρου M3.
V. 793. ὅς κεν τὴν] Taur. ὅς κε δεινήν ἐπ.

misceri recusans.“ Cf. Müller. Orchom. 155. Hes. Oper. 219. 804. Sed cum Vergilius Georg. I, 277 seq., Hesiodi Oper. 803 seq. imitatus: quintam fuge, pallidus Orcus Eumenidesque satae, dicat, fortasse restituendum est pallidus Horcus, ut Celsus legebat. Cf. Ribbeck. Prolegomena p. 26 et p. 139. Flach. in Herma VIII p. 115. Πολυώνυμος dicitur Styx, quod multa est in ore poetarum. Cf. Spanhem. ad Callim. Dian. 7.

V. 787. ὑπὸ χθονὸς] sub terram labitur.

V. 789. δεκάτη δ' ἐπὶ μοῖρα δέδασται] Recte interpretatus est Vossius: denn ein Zehntheil ward ihr (Stygi) beschieden, ut ap. Callim. Iov. 59. ἐπιδαίσιον explicatur. Quod Schoem. p. 235 sic interpretatus est: Neun Theile des Wassers umströmen die Erde, der zehnte Theil gehört der Styx, und fliesst hinab in die unterirdischen Räume des Todtenreiches. — Ceterum κέρας eodem sensu legitur apud Thuc. I, 110. Apoll. Rh. IV, 282.

V. 791. εἱλιγμένος] Si sanum est, construendum erit: ὁ Ὠκεανὸς ἐννέα μοίρας δίναις ἀργυρέαις εἱλιγμένος (activi sensus) εἰς ἅλα πίπτει. Sed hoc nimis abhorrere videtur ab epica simplicitate, quae non patitur accusativum esse ἐννέα; nec satis certus videtur ille usus participii εἱλιγμένος. Aliter statuit Matth. Gr. Gr. §. 303, 1. atque ita quidem, ut ἐννέα μοῖραι dictum sit pro Oceano, quare additum esse εἱλιγμένος ait; quod mihi quidem parum placet. Cum Emm. codex, qui habet optimarum lectionum vestigia, praebeat εἱλιγμένα et Taur. εὐλιμένες, vide, ne scribendum sit εἱλιγμέναι εἰς ἅλα πίπτει; illa enim coniunctio singularis verbi cum nomine plurali est vere Boeotica; v. Ruhnk. ad h. l. Boeckh. ad Pind. Olymp. VIII, 8. Foerstemann. p. 43. Digamma p. 37. Sed fortasse ἐννέα pertinet ad δίνῃς, ut gurgites dicti sint pro aquae partibus. Ceterum similiter Dionys. Perieg. 497: δίνῃς ἀργυρέῃς Ἀχελώϊος ἀμφὶς ἑλίσσει, Hesiod. fr. CCI καὶ δὲ δι' Ὀρχομενοῦ εἱλιγμένος εἶσι, δράκων ὥς. Eurip. fr. 385, 7 Nauck. τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὣς εἱλιγμένος.

V. 793. ἀπολείψας] Aoristum esse verbi ἀπολείβειν, non ἀπολείπειν, dudum viderat Graevius, qui recte monuit ineptissimos esse eos, qui ab ἀπολείπειν deducant. Nam quod Wolfius dicit, posse exponi fidem deserere, habet hoc incommodi, quod aliud simplex est deserere, aliud fidem deserere, quae significatio simplici verbo non subest. Ἀπολείβειν est

ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
κεῖται νήϋτμος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν,
οὐδέ ποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἔρχεται ἆσσον
βρώσιος, ἀλλ' ὅγε κεῖται ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος
στρωτοῖς ἐν λεχέεσσι, κακὸν δέ ἑ κῶμα καλύπτει.
αὐτὰρ ἐπὴν νοῦσον τελέσῃ μέγαν εἰς ἐνιαυτόν,
ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται χαλεπώτερος ἆθλος.
εἰνάετες δὲ θεῶν ἀπομείρεται αἰὲν ἐόντων,

V. 795. νήϋτμος] νήποτμος Bar. Par., νηΰποτμος V1., νήϋγμος Etym. M. p. 605, 29, nisi mendum inest, νούποτμος Vat. marg. Νήποτμος erit fortasse qui praeferat propter ἀνάπνευστος, quod proxime sequitur. Cf. scholion.: ἢ νεκρὸς ἢ ἄπνους.
V. 797. ἀλλ' ὅγε] Sic e lectione Med. ἀλλά γε reposuimus. Perperam codd. et edd. ἀλλά τε, quod Goettl. defendere conatus est. Cf. v. 330. 466. Hom. Il. I, 281. — Pro ἀνάπνευστος Herm. l. l. p. 164. ἄμ' ἄπνευστος, de quo cf. Digamma p. 22.
V. 798. κακὸν δέ ἑ] Insignis scriptura cod. Med. 3; idem coniecerat Scheer in Mus. Rhen. XXIV p. 623. allegans Il. XXIII, 693. XI, 249. Cf. Digamma p. 51. Flach. die beiden etc. p. 13. Codd. et edd. male κακὸν δ' ἔπι.
V. 799. Pro ἐπὴν M3. ἐπεί; V1. ἐπεὶ — τελέσει — τελεσφόρον εἰς ἐν. — νοῦσον] Vat. νοῦτον. — Pro τελέσῃ μέγαν Taur. τετελεσμένον.
V. 800. In V1. M3. deest δ'. — χαλεπώτερος] Sic. Vat. M3. V1. 2. Tr. Emm. Taur. P2. pro χαλεπώτατος.
V. 801. εἰνάετες] Taur. εἰναέτης, M3. ἐννάετες. — Pro idem quod Odyss. XIV, 331. et XIX, 288. dicitur ἀποσπένδειν. Aliud esse videtur τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ Odyss. V, 185. Hanc tamen interpretationem id habere difficultatis monet Wolfius, quod de libatione apud deos facta dicat poeta. Sed qui inter iusiurandum dandum libat, id eo consilio agit, ut demonstret animum suum aeque purum esse mendacii atque eum quem effundat laticem. Nihil igitur impedit, quo minus id etiam a dis fiat. De malae notae aoristo primo ἀπολείπειν verbi v. Lobeck. ad Phryn. p. 713. Ad τὴν (ταύτην) supple Στύγα.

V. 795. τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν] Si comparaveris cum verbis μέγαν εἰς ἐνιαυτόν v. 799., non esse vulgarem annum duodecim mensium vides, sed octo vulgarium annorum tempus; punitur qui peieravit deus per septuaginta duo annos. De ennaeteride antiqua et praecipue Boeotorum v. Dodwell. de cycl. diss. V. p. 236. O. Müller. Orchom. p. 218 seq. Doriens. I. p. 252. ad Aesch. Eumenid. p. 143.

V. 798. κῶμα] Scholion: ὁ νόθος ὕπνος, ὁ καλούμενος κάρος. Cf. Hom. Il. XIV 359 et Od. XVIII, 201. Apoll. Rh. II, 205. Ceterum v. Etym. M. p. 551, 5 ὁ ὕπνος, ἢ ληθώδης καταφορά, schol. Nicandr. Alex. 458 κῶμα τὴν μεταξὺ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως καταφορὰν κῶμον καλοῦσιν, ὅθεν καὶ κωμάζειν τὸ ἐπιφοιτᾶν τοῖς κοιμωμένοις.

οὐδέ ποτ' ἐς βουλὴν ἐπιμίσγεται οὐδ' ἐπὶ δαῖτας
ἐννέα πάντα ἔτεα· δεκάτῳ δ' ἐπιμίσγεται αὖτις
εἰρέας ἀθανάτων, οἳ Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
τοῖον ἄρ' ὅρκον ἔθεντο θεοὶ Στυγὸς ἄφθιτον ὕδωρ,
ὠγύγιον, τό θ' ἵησι καταστυφέλου διὰ χώρου.
[Ἔνθα δὲ γῆς δνοφερῆς καὶ Ταρτάρου ἠερόεντος
πόντου τ' ἀτρυγέτοιο καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
ἑξείης πάντων πηγαὶ καὶ πείρατ' ἔασιν,
ἀργαλέ', εὐρώεντα, τάτε στυγέουσι θεοί περ.
ἔνθα δὲ μαρμάρεαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός,
ἀστεμφής, ῥίζῃσι διηνεκέεσσιν ἀρηρώς,

ἀπομείρεται P2. ἀπαμ. (V. Muetzell. p. 64., anim. ad Op. 578. M3. μεταμ., sed correctum.

V. 802. περιμίσγεται M3. V1. Ruhnk. suadebat ἐπινίσσεται. Cf. interpr. ad Callim. Iov. 14.

V. 803. πάντα ἔτεα] Sic merito Pal. Fl. scripserunt, synizesin vocalium agnoscentes pro πάντ' ἔτεα codd. et edd. πάντ' ἔτεα defendit Rzach. Unts. p. 24 allegans Hom. Il. XXII, 255. Oper. 130, quanquam hic versus spurius est.

V. 804. εἰρέας] Taur. εὔρωας (sic); Ruhnk., Heyn., Wolf., Dind. εἴραις, Herm. εἴρας ἐς ἀθ.

V. 805. τοῖον ἄρ' ὅρκον] Taur. τοῖον ὄρνιν θεοί. — θεοὶ abest a V1.

V. 806. τό θ'] Sic Med. Dind. Vulgo τόδ'. — κατὰ στυφελοῦ Par. Et sic Etym. M. p. 732, 13. Cf. hymn. Hom. III, 124. Apud Aesch. Prom. 748. ἀπὸ στύφλου legitur, exortum illud a lectione ἀποστύφλου, pro ἀπὸ στυφλοῦ.

V. 809. ἑξῆς περὶ τῶν — πειράτων V1.

V. 811. ἐνθάδε Gaisf. — χάλκεος] Bar. λάϊνος.

V. 804. εἰρέας] Εἴρεας non εἰρέας fortasse pronuntiandum esse propter nominativum εἴρη coniecit Schoem. in adnot. ad h. v. Accusativus vero, qui Graecus non esset adiuncto simplici verbo μίσγεσθαι, Graecus est advocata ἐπί praepositione. Sic v. 802. οὐδέ ποτ' ἐς βουλὴν ἐπιμίσγεται et prorsus ita Callimachus, doctissimus poeta, hymn. Iov. 12: οὐδέ τι μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης Ἑρπετὸν οὐδὲ γυνὴ ἐπιμίσγεται. Cf. Doederl. ad Hom. Il. XVIII, 531, qui ἐπιμίσγεται interpretatur μισγόμενος ἐπιφοιτᾷ.

V. 806. ὠγύγιον] Non ad ὅρκον pertinet, ut nonnemini placuit, sed ad ὕδωρ. De significatione v. interpretes ad Callim. Iov. 14.

V. 807—819. Hos versus non ab Hesiodo profectos esse putamus. V. ad v. 746. Testimonia νοθείας sunt v. 811, μαρμάρεαι πύλαι coll. c. v. 733., αὐτοφυής v. 813. coll. c. v. 732., v. 813. πρόσθεν, v. 814. πέρην Χάεος ζοφεροῖο, v. 815. ἐρισμάραγος, v. 819. Κυμοπόλεια. Omnes versus eiecerunt Weis Fl. V. Flach. System p. 122.

αὐτοφυής· πρόσθεν δὲ θεῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων
Τιτῆνες ναίουσι, πέρην Χάεος ζοφεροῖο.
αὐτὰρ ἐρισμαράγοιο Διὸς κλειτοὶ ἐπίκουροι
δώματα ναιετάουσιν ἐπ' Ὠκεανοῖο θεμέθλοις,
Κόττος τ' ἠδὲ Γύης· Βριάρεών γε μὲν ἠῢν ἐόντα
γαμβρὸν ἑὸν ποίησε βαρύκτυπος Ἐννοσίγαιος,
δῶκε δὲ Κυμοπόλειαν ὀπυίειν, θυγατέρα ἥν.]

Αὐτὰρ ἐπεὶ Τιτῆνας ἀπ' οὐρανοῦ ἐξέλασε Ζεύς
ὁπλότατον τέκε παῖδα Τυφωέα Γαῖα πελώρη
Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσέην Ἀφροδίτην.
οὗ χεῖρες μὲν ἄαπτοι, ἐπ' ἰσχύϊ ἔργματ' ἔχουσαι,

V. 814. μένουσι Em.

V. 815. κλειτοί τ' Bar.

V. 816. θεμέθλοις] Vat. θέμεθλα.

V. 817. Κόττος τε Γύης V1. — γε μὲν] Tr. A. γέμεν; v. Buttm. ad Arat. exc. II.

V. 823. ἄαπτοι] Sic scripsit Schoem. Codd. et edd. χεῖρες μὲν ἔασιν, quod mendosum est. — ἄϝαπτοι Fl. — Pro ἐπ' ἰσχύι ἔργματ' ἔχουσαι Schoem. op. II p. 345 ἐπ' ἔργμασιν ἰσχὺν ἔχουσαι coniecit, coll. Paus. X, 32, 4. — ϝέργματ' Fl. — μέμασαν μὲν coni. Wieseler.

V. 820—880. Pars cosmogonica, quae proprie ad partem theogoniae Hesiodeae priorem (v. 116—452.) reiicienda erat. Hic certe aliena esse videtur post Titanes victos. Animadverte autem Typhaonem et Typhoeum apud hymn. Hom. II, 128. 189. eundem esse, sed diversum a nostro. Homerides enim Iunonis Iovi irascentis ait filium esse Typhonem, ut Stesichorus ap. Etym. M. p. 772, 50. Hesiodum sequitur Aeschyl. Prom. 351. Cf. Sept. adv. Theb. 493 seq. Aliam viam ingressus est Baumeister. in hymn. ed. p. 159.

V. 821. Τυφωέα] Etym. M. p. 772, 50: Ἡσίοδος αὐτὸν Γῆς γενεαλογεῖ, Στησίχορος δὲ Ἥρας μόνης κατὰ μνησικακίαν Διὸς τεκούσης αὐτόν. Οἱ δὲ Τυφωέα φασὶ σημαίνειν τῶν ταραχωδῶν πνευμάτων τὴν ἀνάδοσιν τὴν ἐκ τῆς γῆς. Ignis notatur subterraneus et qui inde terrae minantur motus; vid. Boeckh. ad Pind. Pyth. I, 13. p. 228. Hic locus Hesiodi est gravissimus propter Aetnae eruptionem antiquissimam quam describit. Non incognitus enim Aetnae mons Hesiodo; vid. Strabon. I. p. 42. Cf. Nonn. Dion. I, 11. Tzetza ad Lycophr. v. 688 ἕτεροι δὲ τὴν Σικελίαν, ὅπου καὶ τὸν Τυφῶνα κεραυνοῖ, ὡς καὶ Ἡσίοδός φησι, citat denique Theog. v. 859—861, ubi v. 860 codd. Vitt. 2. 3 Αἴτνης non male exhibent. Itaque Schoem. p. 244 not. v. 860. Αἴτνης scribendum esse coniecit, quod restituit Fl. Hesiodum secutus est Aeschylus Prom. v. 365.

καὶ πόδες ἀκάματοι κρατεροῦ θεοῦ· ἐκ δέ οἱ ὤμων
ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος, δεινοῖο δράκοντος,
γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες, ἐκ δέ οἱ ὄσσων
θεσπεσίῃς κεφαλῇσιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσε·
[πασέων δ' ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο,]
φωναὶ δ' ἐν πάσῃσιν ἔσαν δεινῇς κεφαλῇσι
παντοίην ὄπ' ἱεῖσαι, ἀθέσφατον· ἄλλοτε μὲν γὰρ
φθέγγονθ' ὥςτε θεοῖσι συνιέμεν, ἄλλοτε δ' αὖτε

V. 824. ἀκάμαντοι V1. κρατεροί, θοοί conj. Wieseler. — Ϝοι Fl.

V. 825. δεινοῖο] Par. Tr. κρατεροῖο.

V. 826. λελειχμότες] Bar. Em. Vat. λελιχμότος, unde Gaisf. et Dind. λελειχμότος cum Guieto. Probavit Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 889, propter schol. Iliad. XI, 26. Sed λελειχμότος genitivus exortus esse videtur ex simili genitivo δερκομένοιο. λελιχμότες M3. V1. Gramm. ap. Cramer. Anecd. Oxon. I. p. 268, quod receperunt Lennep. Schoem. Fl. Sed conf. Muetzell. p. 187 seq. — Pro ἐκ δέ οἱ ὄσσων Herm. ἐν δέ οἱ ὄσσων, ut ἐν ad κεφαλῇσι pertineat. Quo mutato non opus esse videtur, cum θεσπεσίῃς κεφαλῇσι sit dativus loci et ἐκ δέ necessarium esse videatur propter aequabilitatem membrorum v. 824. — Ϝοι Fl.

V. 828. πασέων ἐκ M3., ἐκ πασέων κεφ. V1. Hunc versum ut inutile glossema spurium esse censuit Ruhnken., uncis coercuit Wolf., quem ceteri secuti sunt. Sed alius esse recensionis videtur pro versibus 826. 827. Lennepius autem retinere conatus est, laudatus a Schoem.

V. 830. ὄπ' ἱεῖσαι] Sic codd. et edd. omnes praeter V1. Par. 1., qui habent ὄφ' ἱεῖσαι, quod receptum est a Dindorfio et Weisio, et P2., qui pro ὄπ' habet ὄσσ' ἱεῖσαι. Perperam Schoem. et Koechl. ὄπ' ἱεῖσαι, quod suaserant Muetzell. p. 138 et Foerstemann. p. 42. Nam ὀπ' ἱεῖσαι in vestigiis sermonis Aeolici habendum est, quo usum Hesiodum esse constat. Cf. Ahrens de dial. Aeol. p. 19. 169. Buttm. Gr. ub. II. p. 385. Rzach. Dialekt p. 360. Ad verbum ita legitur ap. hymn. Hom. XXVII, 18.

V. 825. De forma ἦν v. ad v. 321.

V. 826. λελειχμότες] Nisi velis cum Wolfio ita intellegere, ut sit ad analogiam Homericorum et tragicorum exemplorum (v. c. Il. VIII, 455: Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη πληγέντε κεραυνῷ. Cf. Hesiod. Oper. 199. Valcken. Diatr. p. 175., Friedlaend. Ariston. p. 31), confugiendum erit ad illam figuram κατὰ τὸ σημαινόμενον, de qua v. Matth. §. 334. not.

V. 829—830. Haec perversa esse perspexit Scheer. in Mus. Rhenano XXIV p. 626, qui et scriptura vitiosa et distinctione literarum falso posita alterum versum obscuratum esse ratus, παντοίῃ Ϝοπὶ Ϝῖσαι ἀθέσφατοι Hesiodum scripsisse conclusit.

V. 831. ὥςτε θεοῖσι συνιέμεν] H. e. sermone usus est

ταύρου ἐριβρύχεω, μένος ἀσχέτου ὄσσαν, ἀγαύρου,
ἄλλοτε δ' αὖτε λέοντος ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντος,
ἄλλοτε δ' αὖ σκυλάκεσσιν ἐοικότα, θαύματ' ἀκοῦσαι,

V. 832. ἀσχέτου] Taur. Vat. Bar. M3. V1. ἄσχετον.

V. 833. Hic versus deest in Taur.

V. 834. αὖτε σκ. θαύματ' ἰδέσθαι VI.; in Par. in margine ἰδέσθαι, ἀκοῦσαι in textu. — σκυλάκεσσι ϜεϜοικότα Fl. — θαῦμ' ἐσακοῦσαι coni. Scheer.

deorum ipse deus Typhoeus. De sermone deorum cf. Hom. Il. I, 403: ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα. Il. II, 813: τὴν δ' ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν, Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης. Il. XIV, 291: ὄρνιθι, ἥν τ' ἐν ὄρεσσιν χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν. (Sic κικυμίς.) Il. XX, 74: Ξάνθον μὲν καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον. Od. X, 304: μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. Od. XII, 61: Πλαγκτὰς δ' ἤτοι τάς γε θεοὶ μάκαρες καλέουσιν. Diog. Laert. I, 11, 6: ἔλεγέ τε (ὁ Φερεκύδης), ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσιν. V. Pherecyd. fragm. ed. Sturz. p. 35. Koen. ad Greg. p. 92. Lobeck. Aglaoph. p. 858. Plut. Vit. Per. 3. Nägelsbach. Hom. Theol. p. 204. Hesiodus quod dicit interdum linguam deorum Typhoeum locutum esse, pertinet illud ad eam Graecorum sententiam, qua quasi deorum voce praesagiri terribilia montium ignivomorum eruptione arbitrabantur. Ceterum sane habet illud φθέγγοντο ὥςτε θεοῖσι συνιέμεν, quod offendat. Exspectasses enim ὥςτε θεοὺς συνιέμεν (longa prima verbi syllaba, ut in συνεχές cet.), sed interpolati nihil video. Ὥςτε particula (cognata illa cum ἕως, ὡς, εἰς et ἔςτε) proprie nihil significat nisi usque ad. Sic ὡς ὁρίζει Soph. Phil. 635., sic ap. eundem 759. ὡς ἐξεπλήσθη. Ad locum Soph. Phil. 1314. ipse Hermannus de ὡς ἄν pro ἕως ἄν dixit. Ita modo cum infinitivo construitur, qui est verbi substantivum, casu accusativo, modo cum verbo finito, ut ἕως, ἔςτε, μέχρι etc. Nostro loco igitur est: bald redeten sie zum Verständniss für die Götter, φθέγγοντο θεοῖσι ὥςτε συνιέμεν αὐτούς. Eadem fere est Schoemanni p. 242 sententia. Minime apta est Wolfii explicatio: modo tam immanis erat contentio vocis, ut vel di in Olympo eam audire, percipere possent, modo —, quam sententiam non patitur ἄλλοτε particulae vis, quae diversa tantum opponit; hic autem non agitur de maiore vel minore vocis contentione, sed de genere vocis. Neque magis Lennepii, qui ἐξεῖναι supplendum esse, neque Paleii, qui συνιέναι idem esse, quod συνετοὺς εἶναι, censebat.

V. 832. ἀσχέτου ὄσσαν] Pro usitata interpunctione et interpretatione μένος ἀσχέτου, ὄσσαν ἀγαύρου Wieseler I. p. 18 aptiorem viam aperuit, cum vocem ὄσσαν pendentem de φθέγγοντ' duos genetivos ταύρου et λέοντος postulare ostenderet, quorum alterius, ταύρου, epithetum ἀγαύρου esset. Eodem modo distinxerunt Schoem. Fl. Ceterum cf. scholion vetustam doctrinam redolentem: ἄγαυρος προπαροξύνεται. V. Flach. Scholien p. 106.

ἄλλοτε δ' αὖ ῥοίζεσχ', ὑπὸ δ' ἤχεεν οὔρεα μακρά.
καί νύ κεν ἔπλετο ἔργον ἀμήχανον ἤματι κείνῳ,
καί κεν ὅγε θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἄναξεν,
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
σκληρὸν δ' ἐβρόντησε καὶ ὄβριμον, ἀμφὶ δὲ γαῖα
σμερδαλέον κονάβησε καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
πόντος τ' Ὠκεανοῦ τε ῥοαὶ καὶ τάρταρα γαίης.
ποσσὶ δ' ὑπ' ἀθανάτοισι μέγας πελεμίζετ' Ὄλυμπος
ὀρνυμένοιο ἄνακτος· ὑπεστενάχιζε δὲ γαῖα.
καῦμα δ' ὑπ' ἀμφοτέρων κάτεχεν ἰοειδέα πόντον
βροντῆς τε στεροπῆς τε, πυρός τ' ἀπὸ τοῖο πελώρου,
[πρηστήρων ἀνέμων τε κεραυνοῦ τε φλεγέθοντος.]

V. 835. ῥοίζεσχ'] Sic scripsimus cum M3. Vat. Em. P2. pro ῥοίζασκε, quod analogiam non sequitur. Taur. ῥοῖζος ἔχ', V1. ῥοῖζος ἔσχ', Par. ῥοῖζός γ'. Eorum exemplorum, quae Buttmannus (Gr. Gr. ub. I. p. 395.) protulit, ut ῥοίζασκε defenderet, nullum est verbum purum, cuius primigenia litera sit ε. Neque δρώμασκε, si vel maxime legeretur apud aliquem poetam, simile esse putarem nostro ῥοίζασκε, ut visum est Lobeckio ad Phryn. p. 583. Male Schoem. ῥοίζασχ'. Cf. οἴχνεσκε Hom. Il. V, 790. Foerstem. p. 34. Rzach. Dialekt p. 461.
V. 836. ἤματ' ἐκείνῳ V1. — Ϝέργον Fl.
V. 837. ἀθανάτοισι Ϝάναξεν Fl.
V. 839. ὄβριμον] V. ad v. 140.
V. 842. πολεμ. V1.
V. 843. ὑπεστενάχιζε] Sic scripsimus pro ἐπεστενάχιζε (V1. ἐπεστονάχιζε), cum Em. habeat ὑπεστονάχιζε. — Ϝάνακτος Fl.
V. 844. κάτεχεν] Tr. M3. κατέχεν. V. ad v. 700. — ϜιοϜειδέα Fl.
V. 845. πυρός τ'] Particula invenitur in omnibus codicibus, quos contulimus. τ' om. A.
V. 846. πρηστήρων ἀνέμων τε] Τε quod addit Gaisf. secundum Heins. post πρηστήρων nescio qua nitatur auctoritate. Pro φλεγέθοντος M3. φλογόεντος.

V. 836. ἤματι κείνῳ] i. e. illo die, quo ortus erat, Typhoeus regnum nactus esset, nisi ipse Iupiter talia agentem praevenisset. Cf. Schoem. p. 242.
V. 838. Cf. Iliad. VIII, 132.
V. 842. Cf. Iliad. VIII, 343.
V. 843. ὑπεστενάχιζε] Nempe Terra est sub Olympo, mare vere utroque inferius.
V. 846. Hunc versum alius recensionis esse pro v. 845 Wolfius et Hermannus intellexerunt, uncinis incluserunt Weisius. Fl. Nusquam enim πρηστῆρας ἀνέμους poeta prius attigerat, neque κεραυνός ante v. 854 memorari poterat, utpote hoc demum in versu Iuppiter fulgurat, ut Typhoea profliget. Denique v. 844 ὑπ' ἀμφοτέρων versu 845 satis explicatum est, scilicet βροντῆς Διός — et πυρὸς πελώρου, qui genetivi pendent de καῦμα. Inepte igitur Muetzell. p. 165 utrumque versum concinnare conatus est.

ἔζεε δὲ χθὼν πᾶσα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα·
θῦε δ' ἄρ' ἀμφ' ἀκτὰς περί τ' ἀμφί τε κύματα μακρὰ
ῥιπῇ ὕπ' ἀθανάτων, ἔνοσις δ' ἄσβεστος ὀρώρει·
[τρέσσ' Ἀΐδης, ἐνέροισι καταφθιμένοισιν ἀνάσσων,
Τιτῆνές θ' ὑποταρτάριοι, Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες,
ἀσβέστου κελάδοιο καὶ αἰνῆς δηϊοτῆτος.]
Ζεὺς δ', ἐπεὶ οὖν κόρθυνεν ἑὸν μένος, εἵλετο δ' ὅπλα,
βροντήν τε στεροπήν τε καὶ αἰθαλόεντα κεραυνόν,
πλῆξεν ἀπ' Οὐλύμποιο ἐπάλμενος· ἀμφὶ δὲ πάσας
ἔπρεσε θεσπεσίας κεφαλὰς δεινοῖο πελώρου.

V. 847. ἔζεε] Quod in Taur. Vat. P2. Em. Ven. Tr. huic verbo ἔζε scripto adiicitur πυρί, ortum est ex glossa, nisi scripserat ζῆ δὲ πυρὶ ad normam ἔπλη etc. (v. Herodian. ap. Herm. de emend. rat. gr. Gr. p. 315. Eustath. p. 1892.), aut ἔζε comparandum est cum φοβέο, μυθέαι, οὖτα (v. Allg. Lehre vom Accent, p. 36.) epicorum. In M3. ἔζεσε, V1. ἔζεε πυρὶ χθ. Notatur ignis fluens ex cratere montis ignivomi.
V. 850. Quod in edd. recentt. post Ἀΐδης adiicitur δὲ cum Wolfio delevimus. Muetzell. p. 495. ex Tricha proposuit lectionem τρέε δ' Ἀΐδης, quam receperunt Orell. Lennep. Koechl.
V. 851. θ' abest a V1. — Κρόνον] M3. P2. Bar. Κρόνου.
V. 853. Ϝεὸν Fl.
V. 856. ἔπρεσε] Taur. Vat. P2. M3. V1. ἔπρεε; ἔπρεπε Par. Servavit Etym. M. p. 687, 40. Zonar. p. 1585.

V. 850 — 852 suspectos esse observavit Wolfius, quia nusquam apud Hesiodum Saturnus cum Titanibus Tartaro insiderent. Praeterea autem neque Plutonem ante officiorum partitionem v. 885 enarratam memorare poëtae licebat, neque genetivi v. 852 habent unde pendeant. Uncinis igitur circumscripserunt Pal. Fl. Hermannus solum versum 852 alius esse recensionis pro 844 et 845 ratus est, probante Gerhardio.
V. 851. Cf. Hom. Il. XIV, 274. 279.
V. 852. Post hunc versum quaedam deesse videntur, supplenda ex Apollodoro I, 6, 3. 10. Nam verba Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν κόρθυνεν ἑὸν μένος respondent aliquo modo Apollodori verbis: Ζεὺς δὲ τὴν ἰδίαν ἀνακομισάμενος ἰσχὺν κτέ. His enim novum certamen videtur indicari, ut apud Apollodorum, quanquam aliter narrandum. Nisi versus 853—856. alius recensionis esse statuas pro 839—851 seq.
V. 1. Dubitabant de genuitute Scuti Herculis Aristophanes Byzantius, de quo cf. Argumentum *Γ*, Longin. de sublim. IX, 4 seq. *εἴγε Ἡσιόδου καὶ τὴν Ἀσπίδα θετέον.* Theodos. de Gramm. p. 54 ed. Goettl. *ὡς ἡ Ἀσπὶς Ἡσιόδου ἥτις οὐκ ἔστιν Ἡσιόδου, ἀλλ᾽ ἑτέρου τινός, ὃς ἐχρήσατο ἐπιγραφῇ καὶ ὀνομασίᾳ Ἡσιόδου* (v. Villoison anecd. II p. 174), Gramm. apud Beckker. an. II p. 1165 *εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁμώνυμα βιβλία ψευδῆ, οἷον ἡ ἀσπὶς Ἡσιόδου καὶ τὰ Θηριακὰ Νικάνδρου* (cf. etiam II p. 672). Gramm. apud Cramer. an. Oxon. IV p. 315 *πολλὰ γὰρ νοθευόμενά ἐστιν, ὡς — Ἡσίοδου ἀσπίς.* Ceterum cf. Gaisford. Poet. Min. I p. 122. Koechl. not. — V. 1—56 „Unhesiodisches Eoeenfragment" Fl. — *ἢ οἵη*] A Niobe exorsus erat auctor Eoearum. Nam ita Apollod. II, 1, 1: *Νιόβης δὲ καὶ Διός, ᾗ πρώτῃ γυναικὶ Ζεὺς θνητῇ ἐμίγη, παῖς Ἄργος ἐγένετο· ὡς δὲ Ἀκουσίλαός φησι, καὶ Πελασγός, ἀφ᾽ οὗ κληθῆναι τοὺς τὴν Πελοπόννησον οἰκοῦντας Πελασγούς. Ἡσίοδος δὲ τὸν Πελασγὸν αὐτόχθονά φησιν εἶναι.* Cf. Dionys. Hal. Arch. I, 17. Atque initium huius carminis, praemisso prologo huius fere tenoris esse potuit: *Ἀλλὰ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε, καλλιέπειαι Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο, Ἧις ἐμίγη φιλότητι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Κάλλεϊ καινυμένης ἐφ᾽ ὁμήλικας εὐφυΐῃ τε, Οἵη ἔην Νιόβη* — (cf. v. 106: *οἷον δὴ καὶ τόνδε βροτόν*). — His annectebantur cetera carmina, ut nostrum: *ἢ οἵη* (sc. *ἔην*) *Σεμέλη* (vel *τοίη καὶ Σεμέλη*, ut ap. al.); — *ἢ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν Ἀλκμήνη ἤλυθεν ἐς Θήβας.* Hinc factum, ut *μεγάλαι ἠοῖαι* (*ἢ οἷαι*) diceretur catalogi Hesiodei pars. V. Ruhnk. epist. crit. p. 289. Imitati sunt hoc initium Hermesianax (ap. Schnei-

ἤλυθεν ἐς Θήβας μετ' ἀρήϊον Ἀμφιτρύωνα
Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.
ἥ ῥα γυναικῶν φῦλον ἐκαίνυτο θηλυτεράων
εἴδεΐ τε μεγέθει τε· νόον γε μὲν οὔτις ἔριζε
τάων, ἃς θνηταὶ θνητοῖς τέκον εὐνηθεῖσαι.
τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν βλεφάρων τ' ἄπο κυανεόντων

V. 5. *Ϝείδεΐ τε* Fl.
V. 7. *τ'* post *βλεφάρων* ignotum fuisse Eustathio p. 1257, 54. 1363, 55. (etiam Ven. Il. XIX, 1.) suspicatur Hermannus. — *κυανεόντων*] Sic pars cod. *κυανεώντων* M3. *ἀποκυανεόντων* Schellershem. *κυανεάων* tuentur cum Schol. Iliad. XIX, 1. Eusthath. p. 1363, 55. Apoll. lex. p. 61, 23 Bekk. omnes editores. Antea *ἀποκρῆθεν* M2. Cf. Schol. Ven. Il. XVI, 548.

dew. Del. poet. eleg. p. 148): *οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο Ἀγριόπην*, et Theocrit. XV, 103: *οἷόν τοι τὸν Ἄδωνιν*. — *προλιποῦσα*] V. Apoll. od. II, 4, 6. In exilium a Sthenelo actus erat Amphitruo propter caedem Electryonis, Mycenarum regis, quam invitus patrarat. Sequebatur Amphitruonem Alcumena sponsa. V. Eustath. ad Hom. Odyss. p. 1683, 19 seq.

V. 2. *Ἀμφιτρύωνα*] Mira de accentu narrat Heynius ad Apollod. p. 129. Ita enim statuendum est: *Ἀμφιτρύων Ἀμφιτρύωνος, Ἠλεκτρύων Ἠλεκτρύωνος* dicitur, sed *Ἀμφιτρυών Ἀμφιτρυόνος, Ἠλεκτρυών Ἠλεκτρυόνος*. V. Arcad. p. 15, 22: *τὰ διὰ τοῦ υων ὑπὲρ δύο συλλαβὰς καὶ βαρύνεται καὶ ὀξύνεται. καὶ βαρύνεται μὲν ὅσα κλίνεται διὰ τοῦ ω μὴ συνεμπίπτουσα πόλεσιν, ὡς ἔχει Ἀμφιτρύων, Ἠλεκτρύων —· τὰ μέντοι κατὰ γενικὴν τρέποντα τὸ ω εἰς ο ὀξύνεται, ἀλεκτρυών, Γηρυών, Ἀμφικτυών*. V. Herodian. I. p. 22. Fallitur igitur Hermannus Opusc. VI. p. 193. *Ἠλεκτρύονος* legitur etiam in codice Eurip. Alc. 851. In V2. hic et v. 82. male *Ἠλεκτρυῶνος*.

V. 3. *Ἠλεκτρύωνος*] Cave secundam syllabam correptam esse a poeta credas. Nam quod licuit in *Ἀμφιτρύωνα*, non item licet in *Ἠλεκτρύωνος*, cum syllabae hic sit pondus aliquanto gravius; syllabae *κτρυ* et *ω* in unam coeunt pronuntiando. V. Hermann. El. doctr. metr. p. 53. Rzach. Dialekt p. 376, qui synizesin *υω* in *Ἠλεκτρύων* perspicuam esse docuit. Cf. Scut. 16. 35. 82. 86. Rem breviter attigit Hartel. Stud. I p. 31.

V. 4. *θηλυτεράων*] Non esse comparativum *θελύτερος* recte monuit Buttmannus Gr. ub. I. p. 279. Sic *ἀγρότερος* v. 407.

V. 7. *κυανεόντων*] Mirum esset, adiectivum nomen *κυάνεος* neutrius generis *κυανεάων* veteres flexisse. Nam ut exemplo Homerico Il. XXIV, 528. hoc defendi possit, multum abest, cum *ἐάων* non habendum sit in neutris. Alii igitur vel *βλεφαρέων* scribere, vel ab *ἡ βλέφαρος* deducere voluerunt, ut Doederlinus, Kuehner. Gr. uber. I, p. 296. Rzach. Dialekt p. 399. Formam *ἡ βλέφαρος* invenerat Schneidewinus in fragmento Ibyci p. 97. Cf. Rank. p. 122. Flach. die beiden etc. p. 13 seq.

τοῖον ἄηθ' οἷόν τε πολυχρύσου Ἀφροδίτης.
ἡ δὲ καὶ ὣς κατὰ θυμὸν ἑὸν τίεσκεν ἀκοίτην,
ὡς οὔπω τις ἔτισε γυναικῶν θηλυτεράων·
ἦ μὲν οἱ πατέρ' ἐσθλὸν ἀπέκτανεν ἶφι δαμάσσας,
χωσάμενος περὶ βουσί· λιπὼν δ' ὅγε πατρίδα γαῖαν
ἐς Θήβας ἱκέτευσε φερεσσακέας Καδμείους.
ἔνθ' ὅγε δώματ' ἔναιε σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι
νόσφιν ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου, οὐδέ οἱ ἦεν

V. 9. *ἐϜόν* Fl.
V. 10. abest a V1.
V. 11. *μέν οἱ*] Sic cum M3. Schoem. Fl. laudati a Rzach. Dialekt p. 379. *ὁ μέν οἱ* Schellershem. sed marg. *γρ. ἦ μέν*. Codd. et edd. *μήν οἱ*, quod recep. Rank. Goettl. Koechl. *ἀπέκτανεν*] Em. M2. *ἀπέκτεινεν*. V2. *ἀπέκτειν'*. — *ἀπέπτανε Ϝῖφι* Fl.
V. 12. *περί*] Sic vulg. Suaserunt Hermann. op. VI p. 194. Lehrs. quaest. ep. p. 97. Rank. p. 124. Perperam Goettling. *πέρι = περισσῶς*.
V. 13. *φερεσσάκεας* V1. Sed v. doctr. accent. Gr. p. 323. Ceterum idem epithetum legitur apud Nonn. Dionys. XXIX, 219: *φερεσσακέος δὲ χορείης ῥυθμὸν ἐμιμήσαντο*. XXXVI, 447: *ἄνδρα φερεσσακέων κεκορυθμένον ὑψόθι νηῶν*.
V. 15. *οὐδέ οἱ ἦεν*] Sic cum Dind. scripsimus ex Hermanni sententia Orph. p. 125. et 780. Vulgo *οὐ γάρ οἱ ἦεν*, quod respuit versus antiquus propter *οἱ* digammum. — *οὐδὲ Ϝοι*. Fl.

V. 9. *καὶ ὣς*] Quanquam coacta erat solum vertere cum sponso, quanquam hic patrem eius invitus occiderat.

V. 12. *χωσάμενος περὶ βουσί*] Cf. Rank. l. l.: „Sic Hermannus et Wolfius opinantur, et Hesiodeo loco colligi non posse, Amphitruonem Electryoni iratum fuisse: me iudice, ab Apollodoro harumque rerum enarratoribus posterioribus seduci se passi sunt. Quicumque enim aliarum narrationum immemor ex Hesiodo solo rei cognitionem petit, nihil certius putabit, quam ab Amphitruone Electryonem interfectum esse, rixa propter boves h. e. de possessione boum s. bonorum exorta. Cf. praeterea v. 82 *κτείνας Ἠλεκτρύωνα, βοῶν ἕνεκ' εὐρυμετώπων* et schol. ad Iliad. XIV, 323 *Ἀμφιτρύων, ὃς ἀνελὼν Ἠλεκτρύωνα βοῶν ἀμφισβητήσεως χάριν ἐξ Ἄργους ἔφυγεν* quae nostra ex carmine hausta esse patet. Similiter dictum est in hymn. Hom. III, 236 *χωόμενον περὶ βουσὶ* et Iliad. XXIII, 86 seq.“ Ceterum cf. Lycophron. v. 933 *ἀμφὶ μήλων* et Tzetza ad h. v.

V. 13. *Καδμείους*] De his antiquis Thebarum incolis v. O. Müller. Orchom. p. 118. Constructio est: *ἐς Θήβας ἐλθὼν ἱκέτευσε φερεσσακέας Καδμείους; ἐλθών* supple ex *λιπών*. Alia est mens Hom. Il. XVI, 574. ab Heinrichio laudati: *Ἐπειγεὺς — ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε καὶ ἐς Θέτιν ἀργυρόπεζαν*, i. e. *ἱκετηρίαν Πηλεῖ καὶ Θέτιδι προὔτεινε*.

V. 15. *νόσφιν ἄτερ*] Non

πρὶν λεχέων ἐπιβῆναι ἐϋσφύρου Ἠλεκτρυώνης,
πρίν γε πόνον τίσαιτο κασιγνήτων μεγαθύμων
ἧς ἀλόχου, μαλερῷ δὲ καταφλέξαι πυρὶ κώμας
ἀνδρῶν ἡρώων Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων.

V. 18. *πυρὶ κατ.* M3. V1. *Ϝῆς ἀλόχου* Fl.
V. 19. *ἠδὲ* M2.

reperitur apud Homerum; Hesiodus etiam Opp. 91. 113. usus est. Simile est *γυμνὸς ἄτερ* Sophocl. Ai. 464. Cf. Tzetzam ad Opp. 91 *χωρίς. τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα ποιητικῶς μὲν ἐκ παραλλήλου καλεῖται, ῥητορικῶς δὲ περιγραφή.*

V. 17. *τίσαιτο*] Verbo finito utitur Hesiodus propter negationem praegressam v. 15. (vid. Elmsl. ad Eur. Med. 216.), optativo vero, non subiunctivo, propter *ἦεν* imperfectum. V. Matth. Gr. §. 522. b.

V. 19. *Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων*] De Taphiis et Telebois v. Sturz. ad Pherecyd. p. 98. Locis a Sturzio laudatis addendi erant Pindar. Nem. X, 15. et Ioh Alex. *τον. παραγγ.* p. 9, 4., ex quo discimus etiam *Τηλεβῶς* contractum fuisse ex *Τηλεβόας* (sic corr. ap. Iohannem). Taphius autem, Persei pronepos, secundum antiquam fabulam apud Apollod. II, 4., Mycenis coloniam Taphum deduxerat, unam ex Echinadibus insulis, e regione Acarnaniae oppositis. Pertinebat haec insula ad Teleboarum agrum, quorum maxima pars Acarnaniae litora inhabitasse videtur, antequam in Italiam venisset (v. Vergil. Aen. VII, 735.). Taphi erat caput regionis (Cephalleniae nomen antiquissimum fuisse videtur; v. de Cephalleniis Buttm. ad Soph. Phil. p. 90.), quod incolebant *ἄνδρες ἥρωες.* Cf. de his insulis Strabon. X. p. 458. Thucyd. II, 102. Spanheim. ad Callim. Del. 155. et Salmasium ad Solin. p. 503. Ab Hom. Il. II, 625. Echinades dicuntur sacrae insulae, propter Acheloum fluvium sacrum et *ὡς τῆς ἄλλης γῆς Ἀμφιάρεω μεμιασμένης*, ut legitur ap. Thucyd. l. l. Cf. animadv. ad Theog. 1015. Urbem gentis primariam non attigisse Amphitruonem apparet e versu 18: *καταφλέξαι πυρὶ κώμας.* Cf. Thucyd. I, 5: *καὶ προςπίπτοντες πόλεσιν ἀτειχίστοις καὶ κατὰ κώμας οἰκουμέναις ἥρπαζον — ἐλῃΐζοντο δὲ καὶ κατ᾽ ἤπειρον ἀλλήλους. καὶ μέχρι τοῦδε πολλὰ τῆς Ἑλλάδος τῷ παλαιῷ τρόπῳ νέμεται, περί τε Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας καὶ τὴν ταύτῃ ἤπειρον.* Naves igitur, quarum etiam Plautus Amphitruone mentionem fecit, non commemoratas ab Hesiodo sine causa miratur Heynius. Sed eas intulerunt veteri epigrammati apud Herodot. V, 59. scribendo: *Ἀμφιτρύων μ᾽ ἀνέθηκε νέων* (navigans) *ἀπὸ Τηλεβοάων* (cf. Wolf. Prolegg. p. LV.), cum scribere debuissent: *Ἀμφιτρύων μ᾽ ἀνέθηκε λαβὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.* Sic Grammat. ap. Cram. Anecd. Ox. IV. p. 320. De hac *ἀπό* praepositionis significatione v. Boeckh. Corp. inscr. Gr. I. p. 35. Plutarch. de Pyth. orac. 15: *Βρασίδας καὶ Ἀκάνθιοι ἀπὸ Ἀθηναίων καὶ Ἀθηναῖοι ἀπὸ Κορινθίων, καὶ Φωκεῖς ἀπὸ Θεσσαλῶν, Ὀρνεᾶται δ᾽ ἀπὸ Σικυωνίων, Ἀμφικτυόνες δ᾽ ἀπὸ Φωκέων.*

ὣς γάρ οἱ διέκειτο, θεοὶ δ᾽ ἐπιμάρτυροι ἦσαν·
τῶν ὅγ᾽ ὀπίζετο μῆνιν, ἐπείγετο δ᾽ ὅττι τάχιστα
ἐκτελέσαι μέγα ἔργον, ὅ οἱ Διόθεν θέμις ἦεν.
τῷ δ᾽ ἅμα ἱέμενοι πολέμοιό τε φυλόπιδός τε
Βοιωτοὶ πλήξιπποι, ὑπὲρ σακέων πνείοντες,
Λοκροί τ᾽ ἀγχέμαχοι καὶ Φωκῆες μεγάθυμοι
ἕσποντ᾽· ἦρχε δὲ τοῖσιν ἐὺς πάϊς Ἀλκαίοιο,
κυδιόων λαοῖσι. πατὴρ δ᾽ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
ἄλλην μῆτιν ὕφαινε μετὰ φρεσίν, ὄφρα θεοῖσιν
ἀνδράσι τ᾽ ἀλφηστῇσιν ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσαι.
ὦρτο δ᾽ ἀπ᾽ Οὐλύμποιο δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων,
ἱμείρων φιλότητος ἐϋζώνοιο γυναικός,

V. 20. *ἐπιμάρτυροι*] Tr. *ἐπὶ μάρτυροι.* — *ἔσσαν* pro *ἦσαν* M3. P2. — *γάρ Ϝοι* Fl.
V. 21. *τῶνγ᾽ ὀπ.* V1.
V. 22. *μέγα Ϝέργον — Ϝοι* Fl.
V. 23. *ἱέμενοι* M2.
V. 24. *πλήξιπποι*] P2. *πλάξιπποι.*
V. 25. *ἀγχέμαχοι*] V2. *ἐγχεμάχοι.* Cf. Heyn. Il. XIII, 713.; *ἀγχιμάχοι* M3. De accentu v. Allg. Lehre vom Acc. p. 318.
V. 26. *πάϊς*] Sic cum omnibus codd. scribendum esse monuit Rank. p. 127, quem Schoem. et Koechl. secuti sunt. Male Dind. *παῖς*, quod receperat Goettl.
V. 28. *ὕφηνε* V1. — *ὄφρα*] Harl. M2. *ὥς ῥα.*
V. 29. *φυτεύσαι*] Sic M3. Harl. Par. 1. 2., *φυτεῦσαι* M2. V1. Vulgo *φυτεύσῃ.*

V. 20. *ἐπιμάρτυροι*] Cf. Hom. Iliad. VII 76. Od. I, 273. Apoll. Rhod. IV, 229 et quae exposuit Lehrs. Ar. p. 109.

V. 21. *μῆνιν*] *νέμεσιν.*

V. 23. *ἅμα ἱέμενοι*] Hiatus excusationem habet voce *Ϝίεσθαι* olim. digammata. Cf. Leo. Meyer in Kuhn. Zeitschr. 1873 p. 355. Iota initiale fuisse putat Hartel. III p. 68.

V. 24. *πλήξιπποι*] V. epigramma in obitum Hesiodi: *ἀλλὰ θανόντος Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει.*

V. 28. *θεοῖσιν*] Deorum auxiliator Hercules dictus est propter Gigantomachiam. Cf. Apollod. I, 6 et animadv. ad Theog. 954.

V. 29. *ἀλφηστῇσιν*] Sic inde a Promethei vel potius Deucalionis aetate mortales dicebantur. V. Oper. 82. 146. Vocabulum *ἀλφηστής* derivabat Hermannus de *ἄλφι* et *ἔδ*, probante Doederl. Gloss. p. 28. Sagacius Curt. p. 274, cum radice *ἀλφ* cohaerere exposuit, ut significet eos, qui victum quaerunt, vel qui quaestum faciunt. — *ἀρῆς ἀλκτῆρα*] V. Theog. 657. Buttm. Mythol. I. p. 259. De voce *ἀρῆ* Hermann. cens. Scuti ab Heinr. editi in ephem. litt. Lips. 1802. Intellig. p. 92. ita: *ἀρή* votum priorem habet longam apud epicos, *ἀρή* damnum brevem; tragicis vero ignotum est *ἀρά* damnum, *ἀρᾷ*

ἐννύχιος· τάχα δ' ἷξε Τυφαόνιον· τόθεν αὖτις
Φίκιον ἀκρότατον προςεβήσατο μητίετα Ζεύς.
ἔνθα καθεζόμενος φρεσὶ μήδετο θέσκελα ἔργα·
αὐτῇ μὲν γὰρ νυκτὶ τανυσφύρου Ἠλεκτρυώνης
εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη, τέλεσεν δ' ἄρ' ἐέλδωρ,
αὐτῇ δ' Ἀμφιτρύων λαοσσόος, ἀγλαὸς ἥρως,
ἐκτελέσας μέγα ἔργον ἀφίκετο ὅνδε δόμονδε.
οὐδ' ὅγ' ἐπὶ δμῶας καὶ ποιμένας ἀγροιώτας
ὦρτ' ἰέναι, πρὶν ἧς ἀλόχου ἐπιβήμεναι εὐνῆς·
τοῖος γὰρ κραδίην πόθος αἴνυτο ποιμένα λαῶν.
ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀσπαστὸν ὑπεκπροφύγῃ κακότητα

V. 32. *ἷξε* M2. Post *τότε δ' αὖτις* Harl., quod Rankius praefert. *πόθεν αὖθις* Em. *αὖτις* V2. Ceteri *αὖθις*.
V. 33. *Φίκιον*] Em. *Φοίκιον*. Harl. *Φύκιον*.
V. 34. *θέσκελα Ϝέργα* Fl.
V. 35. *τανυσφύρου Ἠλεκτρυώνης*] Harl. M2. *τανυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ*.
V. 36. *καὶ φιλ.*] V2. *ἐν φιλ.*
V. 40. *πρὶν ἧς*] Sic scribendum esse recte monuit Fiorillo in Goett. Gel. Anzz. 1812 p. 1847. Cf. Digamma p. 38. 50. Codd. et edd. *πρίν γ' ἧς*, quod laudavit Rank. p. 131. *πρίν γ' ἑῆς* Par. *πρὶν Ϝῆς* Fl.
V. 42. *ὑπεκπροφύγῃ*] Em. *ὑπερπροφύγῃ*. P2. *ὑπεκπροφύγοι*.

voto priore brevi utuntur; *ἄρεως ἀλκτῆρα* eximendum est editionibus, quod epici nec *Ἄρεως* genitivo, nec *Ἄρην* accusativo utuntur. Sic ille. Cf. ad Theog. 657.

V. 32 seq. *Τυφαόνιον*] Ex Schol. Pind. Ol. IV, 11. Müller. Orchom. p. 62. concluserat in Boeotia olim fuisse Typhonium. Sed ex hymn. Hom. II, 128 apparet pertinere ad Parnassum montem, unde postea in Phicium montem, non longe a Thebis situm, perrexit Iuppiter. Müllerus item Orchom. p. 33. Phicium altissimam partem Phoenicii montis esse non recte putat, cum Sphingis rupes etiam nunc se conspiciendam praebeat prope ab Hylico lacu. Omnino autem totam Typhoei fabulam e Cilicia in Europam et Boeotiam esse translatam recte intellexit Baumeist. ad. v. cit.

V. 35. *Ἠλεκτρυώνης*] De constructione *μιγῆναι εὐνῇ τινος* cf. Theog. 920.

V. 39. *ποιμένας ἀγροιώτας*] Heinrichius propterea hoc additum a poeta putat, quod summa heroici aevi cura in re pecuaria poneretur. Cf. Op. 120. 163. Sed alia etiam causa subest. Nempe boves ut praedam secum duxerat Amphitruo, quos, quanquam eorum cura iniungenda familiae esset, prae magno Alcumenae amore neglexit.

V. 42. *ἀσπαστὸν*] adverbialiter. Cf. Hom. Odyss. V, 398.

νούσου ὑπ' ἀργαλέης ἢ καὶ κρατεροῦ ὑπὸ δεσμοῦ,
ὥς ῥα τότ' Ἀμφιτρύων χαλεπὸν πόνον ἐκτολυπεύσας
ἀσπασίως τε φίλως τε ἑόν δόμον εἰςαφίκανε.
παννύχιος δ' ἄρ' ἔλεκτο σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι,
τερπόμενος δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.
ἡ δὲ θεῷ δμηθεῖσα καὶ ἀνέρι πολλὸν ἀρίστῳ
Θήβῃ ἐν ἑπταπύλῳ διδυμάονε γείνατο παῖδε,
οὐκέθ' ὁμὰ φρονέοντε· κασιγνήτω γε μὲν ἤστην·
τὸν μὲν χειρότερον, τὸν δ' αὖ μέγ' ἀμείνονα φῶτα,
δεινόν τε κρατερόν τε, βίην Ἡρακληείην.
[τὸν μὲν ὑποδμηθεῖσα κελαινεφέϊ Κρονίωνι,
αὐτὰρ Ἰφικλῆα δορυσσόῳ Ἀμφιτρύωνι,
κεκριμένην γενεήν· τὸν μὲν βροτῷ ἀνδρὶ μιγεῖσα,
τὸν δὲ Διὶ Κρονίωνι, θεῶν σημάντορι πάντων.]

V. 45. *φίλως*] P2. V1. *φιλίως*, quod praeferrem, si scriberetur *ἀσπασίως φιλίως τε — Ϝεὸν* Fl.
V. 48 seq. Egregie de his versibus disputavit Lehrsius Pop. Aufs. p. 236 seq. (p. 427 seq. ed. II), qui aut V. 50, 51, 55 aut V. 55, 56, 52 ut genuinos retinendos, V. 53—54 ut ineptos eliminandos esse putabat. Melius autem v. 53—56 eiiciuntur, quod ipse Lehrsius suasit. V. 53—54 uncis seclusit Pal.
V. 49. In M2. deest *ἐν*.
V. 50. *οὐκέθ' ὁμὰ*] Lennep. *οὐ καθομά*.
V. 51. *αὖ μέγ'*] Tr. *δὲ μέγ'*.
V. 52. deest in Par. 2772.
V. 54. *Ἰφικλῆα δορυσσόῳ*] Sic optimus cod. M3. cum aliis codd., quod laudavit Wolfius, recepit Koechl. Cf. Schol. apud Rank. p. 45 *τῷ διὰ τοῦ δόρατος σώζοντος τὸν λαόν*. *Ἰφικλῆ λαοσσόῳ* proposuit Herm. ad Gregor. Corinth. p. 879, quod scripserant Goettl. Schoem. Pars codd. male *Ἰφικλῆά γε λαοσσόῳ* quod placuit Rankio.
V. 56. *θεῶν* abest a M2.

V. 50. *οὐκέθ' ὁμὰ*] Mens Hesiodi haec est: *ἐγείνατο διδυμάονε παῖδε*, i. e. similes eo erant, quod erant gemini fratres, sed animo erant diversissimi, i. e. non amplius similes, *οὐκέθ' ὁμὰ φρονέοντε, κασιγνήτω γε μὲν ἤστην*. Idem sensus est Oper. 13. Sic *οὐκέθ' ὁμῶς* apud Hom. Il. IX, 605: *οὐκ ἔθ' ὁμῶς τιμῆς ἔσεαι, πόλεμόν περ ἀλαλκών*. Archiloch. fr. 100 Bergk. *οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα*. Theocr. Id. XXIII, 2: *τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἔθ' ὁμοίω*. *γε μέν*, pro *γε μήν*, tamen, epicorum est proprium. V. Buttmann. exc. I. ad Aratum.

V. 51. *χειρότερον*] Duplici modo formatum esse monuit Rzach. Dial. p. 422. Cf. Oper. 127.

῝Ος καὶ Κύκνον ἔπεφνεν, Ἀρητιάδην μεγάθυμον.
εὗρε γὰρ ἐν τεμένει ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος
αὐτὸν καὶ πατέρα ὅν, Ἄρην, ἆτον πολέμοιο,
τεύχεσι λαμπομένους σέλας ὣς πυρὸς αἰθομένοιο,
ἑσταότ' ἐν δίφρῳ· χθόνα δ' ἔκτυπον ὠκέες ἵπποι
νύσσοντες χηλῇσι, κόνις δέ σφ' ἀμφιδεδήει
κοπτομένη πλεκτοῖσιν ὑφ' ἅρμασι καὶ ποσὶν ἵππων.
ἅρματα δ' εὐποίητα καὶ ἄντυγες ἀμφαράβιζον,
ἵππων ἱεμένων· κεχάρητο δὲ Κύκνος ἀμύμων,
ἐλπόμενος Διὸς υἱὸν ἀρήϊον ἡνίοχόν τε
χαλκῷ δῃώσειν καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δύσειν.
ἀλλά οἱ εὐχωλέων οὐκ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων·

V. 57. Olim ἔνθ' ὅ γε scriptum fuisse coni. Pal. V. Theog. v. 330.
V. 58. Ϝεκατηβόλου Fl.
V. 59. Parr. apud Rank. πατέρ' ὅν. — πατέρα Ϝόν — ἄϜατον Fl.
V. 60. In V2. a recentiore manu additus.
V. 61. ἑσταῶτ' M2. — Recte comma post ἵπποι reiecit Rankius, ut νύσσοντες coniungatur cum χθόνα.
V. 65. ἱεμένων] Sic scripsimus cum Boissonado ex M2. 3. V1. 2. Par., non ἰεμένων. Vide quae monui ad Aristot. Polit. p. 382.
V. 66. Ϝελπόμενος Fl.
V. 68. Ϝοι Fl.

V. 57. Κύκνον] Cycnus, Martis ex Pelopia filius, pompas et theorias Delphos deducendas haud procul ab Apollinis Pagasaei agro depopulari solebat. V. Schol. ad Arist. Ran. 961. Müller. Dor. I. p. 204. Prolegg. Mythol. p. 303. Cf. Scut. 480. Hanc fabulam suo more adornarat Stesichorus. V. Schol. Pind. Ol. X, 19. et Stesichori fragm. 12 Bergk. Mire pro Ἀρηϊάδης dicitur Ἀρητιάδης, tanquam ab Ἄρης Ἄρητος. Cf. Herodianum ap. Eustath. Il. p. 518, 24 seq., quem allegavit Rankius. Cf. Herod. II p. 639. Etymon vocabuli Ἄρης attigit Curt. p. 318.
V. 57—228. Sequitur melius carmen a rhapsodo quodam Eoearum fragmento adiectum, quod denuo excipitur v. 314—480. V. 57—227 Erstes rhapsodisches „Machwerk". Fl.
V. 62. νύσσοντες χηλῇσι] Allegatur a Schol. Aristoph. Ach. 740.
V. 63. πλεκτοῖσιν] Noli intellegere currum plectilem, sed structum. V. Callim. Apoll. 61: ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων. Cf. v. 306.
V. 68. οὐκ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων] Heinrichius: „At de Cycni ad Appollinem missis precibus nihil memoratur. Verba οὐκ ἔκλυε ergo accipias: irrita fecit eius vota intus concepta." Non assentimur. Cycnus enim theorias depraedabatur Delphos

αὐτὸς γάρ οἱ ἐπῶρσε βίην Ἡρακληείην.
πᾶν δ' ἄλσος καὶ βωμὸς Ἀπόλλωνος Παγασαίου
λάμπεν ὑπαὶ δεινοῖο θεοῦ τευχέων τε καὶ αὐτοῦ·
πῦρ δ' ὣς ὀφθαλμῶν ἀπελάμπετο. τίς κεν ἐκείνῳ
ἔτλη θνητὸς ἐὼν κατεναντίον ὁρμηθῆναι
πλὴν Ἡρακλῆος καὶ κυδαλίμου Ἰολάου;
[κείνων γὰρ μεγάλη τε βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.]
ὅς ῥα τόθ' ἡνίοχον προςέφη κρατερὸν Ἰόλαον·
῞Ηρως ὦ Ἰόλαε, βροτῶν πολὺ φίλτατε πάντων,
ἦ τι μέγ' ἀθανάτους μάκαρας, τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσιν,

V. 70. πὰρ δ' ἄλσος V1.
V. 72. ἐκείνῳ] ἐκείνων, quod habent Harl. Med., Heinrichius non debebat adoptare.
V. 74. Parr. duo ap. Thierschium πλήν γ'. — Ϝιολάου Fl.
V. 75 seq. male ex Oper. 147 seq. hic intrusos esse intellexit Pal. Secutus est Fl. Cf. etiam Theog. 152. Ad conexum servandum Hermann. cum uno codice κείνῳ coniecerat, ut de Hercule solo intellegatur.
V. 76. μέλεσσιν] Em. μελέεσσιν.
V. 77. Ϝιόλαον Fl.
V. 78. φίλτατ' ἐκείνων M2. — Ϝιόλαε Fl.
V. 79. τι μέγ' ἀθανάτους] Sic M2. 3. V1. et ita vulgatum τι μετ' ἀθαν. correxerat Dorvill. ad Charit. p. 220. Hermannus l. l. malebat ἦ μέγα δή τι θεοὺς μάκαρας, quod diversum sit τι μέγα et μέγα τι. μετ' ἀθανάτους cruce affixa scripsit Koechl.

Apollini mittendas et, ut hunc sibi placaret, aram ei voverat e capitibus occisorum Pagasae exstruendam, quemadmodum prior ipse Apollo e caprarum Cynthiadum capitibus aram sibi fecerat. (V. Callim. Apoll. 61. et auctor. ἀγὼν Ὁμήρ. καὶ Ἡσ. Diog. Laert. Vit. Pythag. VIII, 1, 12) Demonstratur verbis scholiastae Pindari Ol. X, 19., ubi non opus est cum Heynio et Boeckhio scribere τῷ Ἄρει pro τῷ Ἀπόλλωνι. Ipse Apollo eius preces non exaudivit, quod magis sibi curae cordique erant Delphica sacra quam Pagasaea.
V. 71. Coniungenda sunt vocabula τευχέων δεινοῖο θεοῦ; nam etiam αὐτοῦ pertinet ad Martem, non ad Cycnum, sc. ὑπὸ τευχέων θεοῦ καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ. Rankius post θεοῦ interpungi iussit, quod minus placet.
V. 79—94. Haec alius esse auctoris suspicatur Thiersch. de Hes. p. 28. Sed recte Hermannus Opusc. VI. p. 194. intercedit. Prorsus ita langueret repetitio βροτῶν πολὺ φίλτατε πάντων, ὦ φίλος, ἀλλὰ σύ —. Idem Herm. vv. 95 (ita enim sine dubio scribere voluit, non 96.) — 101. pro recentiore additamento habet. Nam qui fieri potest, inquit, ut Hercules Iolaum frena firmiter tenere currumque recta contra Martem

ἤλιτεν Ἀμφιτρύων, ὅτ' ἐΰστέφανον ποτὶ Θήβην
ἦλθε λιπὼν Τίρυνθον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
κτείνας Ἠλεκτρύωνα βοῶν ἕνεκ' εὐρυμετώπων·
ἵκετο δ' ἐς Κρείοντα καὶ Ἡνιόχην τανύπεπλον,
οἵ ῥά μιν ἠσπάζοντο καὶ ἄρμενα πάντα παρεῖχον,
ἣ δίκη ἔσθ' ἱκέτῃσι, τίον δ' ἄρα κηρόθι μᾶλλον.
ζῶε δ' ἀγαλλόμενος σὺν ἐϋσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ,
ᾗ ἀλόχῳ· τάχα δ' ἄμμες ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν
γεινόμεθ' οὔτε φυὴν ἐναλίγκιοι οὔτε νόημα,
σός τε πατὴρ καὶ ἐγώ· τοῦ μὲν φρένας ἐξέλετο Ζεύς,

V. 81: *Τίρυνθον*] M2. Par. *Τίρυνθα*. Ruhnk. et Wintert. *Τίρυνθος*.
V. 83. *δ' ἐς*] Sic recte scripserunt Wolfius, Heinrichius, Rankius, Koechl. Pars codd. *δ' εἰς*, quod recep. Goettl. Schoem.
V. 84. *ἄρμενα*] Em. *ἅρματα*, M2. *ἅρμενα*. Eadem lectionis diversitas apparet Theog. 639 et Oper. 808, ubi cf. animadv.
V. 85. *ἱκέτῃσι, τίον*] Em. *ἱκέτῃ, τοῖον*.
V. 87. *ἐπιπλομένων*] *περιπλομένων* P2. *ἐπιπλομένῳ ἐνιαυτῷ* Tr. *ἄμμε περιπλομένων* malebat Guietus. — *ϝῇ ἀλόχῳ* Fl.

et Cycnum dirigere hortetur, cum ipse nondum arma induerit? Hinc traiiciendos esse post 77. addendosque iis v. 338 seq. paululum mutatos (*ὣς εἰπὼν ἐς δίφρον ἔβη Διὸς ἄλκιμος υἱὸς ἐσσυμένως· τότε δή ῥα διόγνητος Ἰόλαος σμερδαλέως ἵπποισιν ἐκέκλετο*), ut antiquissima carminis forma restituatur. Mihi tamen haec omnia suo loco posita esse videntur. Nam ab heroe, qualis Hercules erat, facile exspectari poterat, ut neglectis armis suis in certamen cum bene armatis proruere paratissimus esset, cum Iolaum providentiorem deceret Herculem armorum induendorum admonere. Cuius rei testimonium esse puto, quod poeta postea leniter ridentem fingit Herculem (v. 115.). Alia argumenta pro integritate loci Rankius et Marckscheffelius Hesiod. fragm. p. 144. protulerunt. Nuper etiam Pal. v. 79—94 pro spuriis habuit.

V. 81. *Τίρυνθον*] ἡ *Τίρυνθος* (ut *Κόρινθος, Προβάλινθος, Ὄλυνθος, Σύρινθος*; v. Welck. Tril. Aesch. p. 212.) forma non est inusitata. Stephan. Byzantius v. *Τίρυνς· τὸ ἐκ τόπου Τιρυνθόθεν, εἰς τόπον Τίρυνθόνδε· ὤφειλε δὲ Τίρυνθάδε ὡς πρὸς αἰτιατικήν*, quem iam Lennepius laudavit. *Τίρυνς* nominativus est inventum nescio cuius poetae apud Hephaestion. Enchir. I. 2: *Τίρυνς, οὐκέτι τεῖχος ἐπήρκεσε*, *Τίρυς* vero grammaticorum. V. Lobeck. Phryn. p. 116. Paralip. Gramm. Gr. I. p. 94. 167.
V. 82. *βοῶν ἕνεκ'*] cum propter boves irasceretur. V. v. 11.
V. 83. *Ἡνιόχην*] Sophocli Antigone v. 1180 dicitur Eurydice. Heniochen Creontis filiam commemorat Paus. IX, 10, 3.
V. 85. *ἣ δίκη ἔσθ' ἱκέτῃσι*] I. e. expiavit Amphitruonem Creon. V. Herodot. I, 35. et quos ibi laudavit Wesselin-

ὃς προλιπὼν σφέτερόν τε δόμον σφετέρους τε τοκῆας
ᾤχετο, τιμήσων ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα,
σχέτλιος· ἦ που πολλὰ μετεστοναχίζετ' ὀπίσσω
ἣν ἄτην ἀχέων· ἡ δ' οὐ παλινάγρετός ἐστιν.
αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.
ὦ φίλος, ἀλλὰ σὺ θᾶσσον ἔχ' ἡνία φοινικόεντα

V. 91. *ἀλιτήμενον*] Sic codd. omnes praeter M2., qui habet *ἀλιτήμηνον* (Par. ap. Rank. *ἀλιτίμενον*). Sed fateor magnopere mihi placere coniecturam Guieti *ἀλιτήμερον*, de qua v. Herm. add. ad Schaef. edit. Greg. p. 879. Nam Bentleii et Heynii emendatio *Εὐρυσθῆ' ἠλιτόμηνον* iure reprobata est ab Hermanno et Bekkero. *Ἠλιτόμηνος* est *ἑπταμηνιαῖος*, qualis vere factus est Eurystheus (Il. XIX, 118.) a Iunone, ne Hercules prior dias luminis auras respiraret, atque ita etiam Bacchus dicitur a Nonno Dion. VIII, 400. IX, 9. V. Etym. M. p. 428, 10., ubi Callimachi fragmentum sic videtur refingendum: *ὃν οὐκ ἔπλησε φέρουσα Μήτηρ ὠδίνων μῆνας*, i. e. *ὃν φέρουσα μήτηρ οὐκ ἔπλησε τοὺς τῶν ὠδίνων μῆνας* (i. e. *ἐννέα*). *Ἀλιτήμερον* recepit cum Gaisf. Dindorfius. Vulgatam Lennepius defendit apud Boissonadum.
V. 92. *πολλὰ*] Bav. et Par. ap. Rankium *μάλα*. — *μετεστοναχίζετ'*] Stobaeus flor. IV, 36 p. 54 *μεταστον*. Post *ὀπίσσω* interpunxerunt Schoem. Koechl. Fl.
V. 93. *ἀχέων*] *ὀχέων*, quod maluerat Graevius, propter Od. XXI, 302 recepit Dind., ne accusativum *ἣν ἄτην ἀχέων* regeret. Probavit Pal. Sed v. adnot. expl. — *ϝὴν ἄτην* Fl.
V. 94. *ἐπετέλλετ'*] V2. *ἐπέτειλεν*.

gius. Praeterea rem accurate exposuit O. Müller. ad Aesch. Eum. 136.
V. 90. *σφέτερον*] suam domum. V. Voss. ad hymn. Hom. *ἡμαρμένον* (Hesych.) 103. Cf. Brugman. l. l. p. 23.
V. 91. *ἀλιτήμενον*] Si sanum est, item significat quod *ἀλιτήμονα* Il. XXIV, 157. 186. Callim. Dian. 123. Cf. Rank. p. 158. Male Tzetza *διὰ τὸ πρὸ καιροῦ τεχθῆναι*.
V. 93. *ἀχέων*] *ἀχέων* cum sit verbum neutrum, necesse est, ut *ἣν ἄτην* coniungas cum *μετεστοναχίζετο*: quare delevimus posituram post *ὀπίσσω*. Assentitur Rankius coll. Odyss. IV, 261, qui ex Iliad. I, 34 fortasse *ἀκέων* reponendum esse coniectabat.

V. 94. Ex hoc versu concludas pugnam cum Cycno factam esse ante duodecim labores patratos. Ad Eurystheum antea Iphicles commigraverat cupidine maxime et spe magni honoris: at quae fuerit eius *ἄτη* apud Eurystheum, ex Hesiodo non perspicitur.
V. 95. *φοινικόεντα*] Non recte Heinrich. interpretatur ebore splendentia; multum enim inter se differunt *πορφύρεον* (a *φρυ* derivandum geminata radice v. Curt. p. 284) et *φοινικοῦν*, quorum illud sane splendidum significat ad ignis instar, hoc vero nihil est nisi rubrum. Ceterum hunc et insequentem versum non esse antiqui auctoris arbitratur Thierschius de Hes. p. 28 propter

ἵππων ὠκυπόδων· μέγα δὲ φρεσὶ θάρσος ἀέξων
ἰθὺς ἔχειν θοὸν ἅρμα καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων,
μηδὲν ὑποδδείσας κτύπον Ἄρεος ἀνδροφόνοιο,
ὃς νῦν κεκληγὼς περιμαίνεται ἱερὸν ἄλσος
Φοίβου Ἀπόλλωνος, ἑκατηβελέταο ἄνακτος·
ἦ μὴν καὶ κρατερός περ ἐὼν ἄαται πολέμοιο.
Τὸν δ' αὖτε προςέειπεν ἀμώμητος Ἰόλαος·
Ἠθεῖ', ἦ μάλα δή τι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
τιμᾷ σὴν κεφαλὴν καὶ ταύρεος Ἐννοσίγαιος,

V. 96. *ὠκυπέδων — θάρσον* V1.
V. 97. *ἔχειν*] Harl. *ἔχων*.
V. 99. *κεκλογὼς* M2. Antea *ὃς καὶ νῦν* V1.
V. 100. *Ϝεκετηβελέταο Ϝάνακτος* Fl.
V. 101. *καὶ*] omisit P2. — *ἄεται* M3., *ἀᾶται* V1.
V. 102. *προσέϜειπεν.* — *Ϝιόλαος* Fl.
V. 103. *ἠθεῖ', ἦ*] *ὦ θεῖ' ἦ* V2. *θεῖ' ἦ* Palat. *ἠθεῖε* Par. *ὦ ἠθεῖε, ἦ* M2. Postea *δήτοι*.

repetitionem, quae insit versibus 95—97. Tamen aliquantum differunt *ἔχ' ἡνία* et *ἰθὺς ἔχε θοὸν ἅρμα*, quorum hoc est: fac, ut recta via sine ambagibus currus contra Martem dirigatur. Si propter *ἵππων ὠκυπόδων* monitum est, ingrata quidem est ista repetitio, sed non magis suspecta quam ap. Hom. Il. VIII, 123. 129. Attamen etiam Pal. v. 97 aut omittendum, ut post v. 96 statim v. 98 *μηδὲν ὑποδδείσης* scriptus sequeretur, aut eiectis v. 79—96 statim cum v. 78 iungendum esse putabat.

V. 96 seq. *ἀέξων — ἔχειν*] V. Matth. Gr. §. 544.

V. 97. *ἰθὺς ἔχειν*] Cf. schol. Diac.: *τὸ ἰθὺς ἔχειν ἀντὶ τοῦ ἐπ' εὐθείας ἔχε καὶ κράτει· λαμβάνεται γὰρ τὸ μὲν ἰθὺς ὄνομα ἀντὶ ἐπιρρήματος.*

V. 101. *ἄαται*] Hermannus l. l. p. 195. *ἄαται* non habet pro futuro, ut voluerat Goettlingius, sed pro praesenti hac sententia: Auch ein noch so Tapferer wird des Kampfes satt. Forma *ἄαται* spectat ad *ἄϜαμαι* et *ἄϜατος*. Cf. Rzach. Dialekt p. 372.

V. 103. *ἠθεῖ'*] *Ἠθεῖον* vocabulo honorifico adolescentes apud epicos poetas compellare solent maiorem natu. Cf. Phot. lex.: *παρὰ Ἴωσι νεωτέρου πρὸς πρεσβύτερον προσαγόρευσις.*

V. 104. *ταύρεος Ἐννοσίγαιος*] De Neptuno, Onchesti in Boeotia culto, intellegi debere recte monuit scholiasta, eo tamen falsus, quod a tauris ipsi immolatis hoc cognomen tulisse deum arbitratur. *Ταύρεος Ἐννοσίγαιος* est Neptunus, qui undis Onchesti lacus, taurorum instar mugientibus (cf. Aristot. Probl. XXIII, 2), Thebarum urbem, cuius in se recepit custodiam, de periculis imminentibus advertit. V. Mülleri Orchom. p. 43. Neptunum autem fuisse in dis Thebarum tutelaribus ex Aeschyl. Sept. 133 seq. perspicitur. — Ceterum de forma *ταύρεος* pro *ταύρειος* cf. Gregor. Corinth. p. 326.

ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει ῥύεταί τε πόληα·
οἷον δὴ καὶ τόνδε βροτὸν κρατερόν τε μέγαν τε
σὰς εἰς χεῖρας ἄγουσιν, ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι.
ἀλλ' ἄγε δύσεο τεύχε' ἀρήϊα, ὄφρα τάχιστα
δίφρους ἐμπελάσαντες Ἄρηός θ' ἡμέτερόν τε
μαρνώμεσθ', ἐπεὶ οὔτοι ἀτάρβητον Διὸς υἱὸν
οὐδ' Ἰφικλείδην δειδίξεται, ἀλλά μιν οἴω
φεύξεσθαι δύο παῖδας ἀμύμονος Ἀλκείδαο,
οἳ δή σφι σχεδόν εἰσι, λιλαιόμενοι πολέμοιο
φυλόπιδα στήσειν, τά σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ βίη Ἡρακληείη,
θυμῷ γηθήσας· μάλα γάρ νύ οἱ ἄρμενα εἶπεν·
καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προςηύδα·
Ἥρως ὦ Ἰόλαε, διοτρεφές, οὐκέτι τηλοῦ
ὑσμίνη τρηχεῖα· σὺ δ' ὡς πάρος ἦσθα δαΐφρων,
ὣς καὶ νῦν μέγαν ἵππον Ἀρείονα κυανοχαίτην

V. 105. *πόληα*] *πόληας* M3. P2.
V. 106. *τε* ante *μέγαν* deest in M2.
V. 108. *ἀλλ' ἄγε*] Sic P2. M2. 3. V1. Dind. Vulgo *ἀλλά γε*.
V. 109. *ἀμπελάαντες* V1.
V. 110. *οὔτοι*] Sic V1. Harl. Bentl. Herm. Vulgo *οὔτι*.
V. 111. Bentl. *οὐ Ϝιφικλείδην*. Versum propter digamma violatum vitiosum esse suspicatus est. Fl.
V. 112. *φεύξασθαι* M3
V. 113. *εἰσί*] Sic M2. V1. Ceteri *εἶσι*. *Εἰσί* etiam Hermannus et Rankius. — *πτολέμοιο* M3.
V. 114. *φίλτερα*] P2. M2. Rehd. Harl. *φέρτερα*. Antea *σφι* M3. Versum pro suspecto habuit Pal.
V. 116. *θυμῷ*] V2. *μύθῳ — νυ*] om. P2. M3.; ab aliis apud Rankium abest *οἱ*. — *Ϝοι* — *Ϝεῖπεν* Fl.
V. 117. *Ϝέπεα* Fl.
V. 118. *Ϝιόλαε* Fl.
V. 119. *τρηχεῖα*] Em. Harl. *τραχεῖα*.
V. 120. *Ἀρείονα κυαν.*] V2. *ἀρείονα κυαν.*

V. 105. *κρήδεμνον*] de urbibus dictum idem significat, quod *στεφάνη*. Cf. animadv. ad Theog. 978. De radice *δέ-ω* v. Curt. p. 220.

V. 112. *δύο παῖδας Ἀλκείδαο*] Amphitruonis, filii Alcaei. *Παῖς* latiore sensu usurpatur.

V. 113. *σφι* aeque bene ad Martem solum pertinere potest (v. Voss. hymn. Hom. V, 103), quam ad Martem et Cycnum. Illud h. l. praestare Goettlingio videbatur, hoc Rankio. Cf. Brugman. p. 18.

V. 120. *Ἀρείονα*] De hoc equo v. Pausan. VIII, 25.

πάντη ἀναστρωφᾶν, καὶ ἀρηγέμεν ὥς κε δύνηαι.
Ὣς εἰπὼν κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ,
Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα, περὶ κνήμῃσιν ἔθηκεν·
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε,
καλόν, χρύσειον, πολυδαίδαλον, ὅν οἱ ἔδωκε
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διός, ὁππότ' ἔμελλε
τοπρῶτον στονόεντας ἐφορμήσασθαι ἀέθλους.
θήκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον
δεινὸς ἀνήρ· κοίλην δὲ περὶ στήθεσσι φαρέτρην
καββάλετ' ἐξόπιθεν· πολλοὶ δ' ἔντοσθεν ὀϊστοὶ
ῥιγηλοί, θανάτοιο λαθιφθόγγοιο δοτῆρες.

V. 122. κνημῖσιν V1. — Ϝειπὼν Fl.
V. 124. ἔδυνε] V2. ἔδυνεν, et sic semper in fine versus.
V. 125. ὅν οἱ ἔδωκε] Sic M2. 3. V1. Vit. Male vulgo ὅν ῥ' οἱ ἔδωκε. V. Herm. Orph. p. 780 Flach. die beiden etc. p. 13. — ὅν Ϝοι Fl.
V. 130. κάββαλε δ' ἐξ M2. — ἔντοσθεν] V2. τοι ἔσσαν.
V. 131. Minus placeret, si, de quo ambigi posse dicebat Hermannus, post δοτῆρες commate distingueretur.

Hom. Il. XXIII, 346. 347. Schellenberg. ad Antim. rel. p. 65, quos laudavit Heinrichius. Non intellegi currum uno equo rectum iam monuit contra eundem Heinrichium Hermannus l. l. comparato loco Hom. Il. XXIII, 409. 525. Tamen huius rei exemplum est apud Eurip. Orest. 1004. μονόπωλος ἀώς.

V. 122. ὀρειχάλκοιο] Homero, tragicis atque Pindaro incognitum est hoc metallorum genus, ab auctore hymni Hom. VI, 9 memoratum: ἐν δὲ τρητοῖσι λοβοῖσιν ἄνθεμ' ὀρειχάλκου, χρυσοῖό τε τιμήεντος. Schol. Apollon. IV, 973: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Τελεταῖς φησι μὴ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα μηδὲ τὸ τοῦτου εἶδος. Photius: ὀρείχαλκος ὁ διαυγὴς χαλκός. V. Boisson. ad Philostr. Her. p. 602. Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 260 seq. 286. Metrol. Unters. p. 347. Tamen Latinorum aurum in ὀρειχάλκου (aurichalci) vocabulo latere videtur. Sic auratum antiqui dicebant oratum. V. Macrob. Sat. III, 15 et Glossar. H. Steph., ubi legitur aurochalca. Videtur a Tuscis primum, ex quorum sermone aurum receptum est Latinis, hoc metallorum genus Graecis allatum esse, conflatum ex auro et cupro, proprio illo Tuscorum metallo. Atqui Tyrrheni (nempe Tusci) noti sunt auctori hymn. Hom. VII, 8 et cuprum propterea Veneri acceptum fuisse videtur, quod in Cypro insula magna eius metalli vis effodiebatur, unde nomen tulit apud nos. Cuprum enim est metallum Cyprium. V. Engel: Kypros I, p. 43.

V. 128. σίδηρον] ensem. De θήκατο v. adnot. ad Theog. 175.

V. 129. De forma Aeolica κόϊλος cf. adnot. ad Oper. 689.

πρόσθεν μὲν θάνατόν τ' εἶχον καὶ δάκρυσι μῦρον,
μέσσοι δὲ ξεστοί, περιμήκεες, αὐτὰρ ὄπισθεν
μόρφνοιο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτερύγεσσιν.
εἵλετο δ' ὄβριμον ἔγχος ἀκαχμένον αἴθοπι χαλκῷ·
κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε,
δαιδαλέην, ἀδάμαντος, ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν,
ἥτ' εἴρυτο κάρη Ἡρακλῆος θείοιο.
Χερσί γε μὲν σάκος εἷλε παναίολον, οὐδέ τις αὐτὸ

V. 132. θάνατ' εἶχον V1.
V. 134. μόρφνοιο] Vulgo μορφνοῖο. V. Allgem. Lehre vom Accent p. 195.
V. 135. εἵλετο δ' ὄβριμον ἔγχος — αἴθοπι χαλκῷ] Vulgo πτερύγεσσιν Ἧσαν. ὁ δ' ὄβριμον ἔγχος — εἵλετο χαλκῷ, quo nihil potest languidius fingi. Pro εἵλετο tamen M3. V1. Vit. Em. P2. αἴθοπι; porro M2. ἀκάχμιον εἵλετο θυμῷ. Quod recepimus est ex Hermanni emendatione ephem. litt. Lips. l. l. p. 94. Quam emendationem minus probandam esse propterea Rankius putat, quod apud Homerum, ubi hoc versiculo utitur, semper ὀξέϊ χαλκῷ, non αἴθοπι χαλκῷ reperiatur, quo longe sit alterum significantius. Recte quidem, sed eam ipsam ob causam, quod non totum versiculum mutuatus esse videri vellet noster poeta, aliud epitheton addidit. Cf. 156 cum Iliad. XVIII, 535. De ὄβριμον v. ad Theog. 140.
V. 137. ἀδάμαντος] P2. ἀδάμαντον.
V. 138. εἴρυτο] V2. ἤρυτο. V1. ἔρρυτο. Ϝείρυτο Fl. — κάρην M2.
V. 139. χερσὶ δὲ — παραίολον M2. χερσὶ μὲν Parr. ap. Rank. — εἶχε παν. M3.

V. 132. δάκρυσι μῦρον] Hoc dictum est pro: ciebant lacrimas occisorum cognatis, ut arbitratur cum scholiasta Heinrichius. Scholion enim sic corrigendum est: μῦρον. ἔρρεον δὲ καὶ ἔσταζον, καὶ δάκρυσι μῦρον, ἀντὶ τοῦ μύρεσθαι ἐποίουν τοὺς τῶν ἀναιρεθέντων οἰκείους, ἢ μῦρον, ὡς κεχρισμένων τῶν βελῶν ὄντων θανασίμῳ φαρμάκῳ.

V. 134. μόρφνοιο φλεγύαο] Schol.: ἐπτερωμένοι ἦσαν μέλανος ἀετοῦ. φλεγύου ἐκ τοῦ φλέγειν καὶ λαμπρὸν εἶναι· οἱ δὲ ὄρνεον εἶναι παραπλήσιον γυπί. V. Etym. M. p. 795, 57. Mülleri Orchom. p. 195. 196.

V. 137. ἀδάμαντος] Cf. Blomf. Aesch. Prom. 6 et animadv. ad Theog. 161.

V. 138. εἴρυτο] V. ad Theog. 304.

V. 139. Sequitur genuina clipei descriptio, cuius primam imaginem v. 144—160 propter repetitum οὔτι φατειός e v. 161, τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα e v. 164, οἵτινες ἀντιβίην e v. 163, maximeque languentes versus 151—153 et versus 156—159, inepte e carminibus Homericis huc illatos, imitationem alterius v. 161—167 enarratae esse sagaciter exposuit Lehrs. Pop. Auf. p. 245 (= 436 ed. II, primum publ. in Annal. Phil. XXX p. 261—275). Huic adver-

οὔτ' ἔρρηξε βαλὼν οὔτ' ἔθλασε, θαῦμα ἰδέσθαι.
πᾶν μὲν γὰρ κύκλῳ κυανῷ λευκῷ τ' ἐλέφαντι
ἠλέκτρῳ θ' ὑπολαμπὲς ἔην, χρυσῷ τε φαεινῷ
[λαμπόμενον, κυάνου δὲ διὰ πτύχες ἠλήλαντο.]
ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος οὔτι φατειός,
ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς·
τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων,

V. 140. *Ϝιδέσθαι* Fl.
V. 141. Pro *τιτάνῳ* scribendum esse *κυανῷ* et v. 143 additicium esse e molestissima repetitione *λαμπόμενον*, cum antecesserit v. 142 *ὑπολαμπές*, et e significatu vocabuli *τιτάνῳ* conclusit Deiters p. 61.
V. 143. *κυάνου*] M2. *κυανοῦ*.
V. 144. *δὲ δράκοντος*] Sic codd. et edd. omnes. Sed ex Tzetzae schol. elucet in quibusdam exemplaribus scriptis inventum esse *δ' ἀδάμαντος*, quod recipiendum in textum esse putabat Rankius. Consideratione non dignum videbatur Deitersio p. 41 not. 100, in altera recensione fuisse putabat Herm. l. l. — *φατειός*] Em. *φατεινός*.
V. 145. *ἔμπαλιν*] P2. M3. *ἔμπαλι δ'*.
V. 146. *θεώντων* M3.

satus est Deiters. de Hesiod. Scut. descr. p. 41 seq., qui draconis imaginem v. 144—150 corruptelis interpolationibusque purgatam altera imagine antiquiorem esse probare studebat, simul e diverso argumento v. 154—160 novam imaginem a. v. 154 incipere concludens, quae pugnae descriptionem contineat. Fortasse autem versibus 144—167 tres continentur recensiones, quarum prima v. 144—153, eiectis v. 151—153, altera v. 154—160, tertia v. 160—167 exhibita est. Paulo aliter Hermannus op. VI p. 207.

V. 141. *κύκλῳ*] Recte Heinrich. dictum esse censet pro *πᾶν σάκος ἐν κύκλῳ*, vel *πᾶς κύκλος τοῦ σάκεος*. Cf. praeterea Welckerum (Zeitschr. f. Gesch. d. alten Kunst I. p. 553) et Muellerum (Zeitschr. für Alterth. 1834. No. 110). — *ἐλέφαντι*] V. Heyn. Comment. Soc. sc. T. I. p. 111. et Heinr. praef. ad Scut. p. LIX.

V. 142. *ἠλέκτρῳ*] *τὸ ἤλεκτρον* (ab skt. ark splendere cum Curt. p. 131 derivandum) hic non est metallorum genus, sed quod nos dicimus Bernstein, *αἱ ἤλεκτροι* artificium ex eadem materia. V. Buttm. Mythol. II. p. 346 seq.

V. 144. *φόβος*] horrenda facies. Bene Pausaniam V, 19. comparaverunt Welckerus et Müllerus.

V. 145. *ἔμπαλιν — δεδορκώς*] i. e. *λοξὰ βλέπων*, sive capite verso circumspiciens et despiciens in caudam.

V. 146. *πλῆτο*] A radice *πλε*. V. anim. ad Theog. 880. — *λευκὰ θεόντων*] Vid. v. 224. Theogon. 733. Cf. quos laudavit Heinrich. Invenitur primum apud Homerum Od. XXIV, 208: *ἔνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντῃ*.

δεινῶν, ἀπλήτων, ἐπὶ δὲ βλοσυροῖο μετώπου
δεινὴ ἔρις πεπότητο κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν,
σχετλίη, ἥ ῥα νόον τε καὶ ἐκ φρένας αἴνυτο φωτῶν,
οἵτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷι φέροιεν.
[τῶν καὶ ψυχαὶ μὲν χθόνα δύνουσ' Ἄϊδος εἴσω
αὐτῶν, ὀστέα δέ σφι περὶ ῥινοῖο σαπείσης
Σειρίου ἀζαλέοιο κελαινῇ πύθεται αἴῃ.]
ἐν δὲ προΐωξίς τε παλίωξίς τε τέτυκτο,
ἐν δ' ὅμαδός τε φόβος τ' ἀνδροκτασίη τε δεδήει,

V. 147. *μετώπου*] V2. *προσώπου*.
V. 148. *δεινὴ ἔρις*] Vulgo *δεινὴ Ἔρις*.
V. 149. *αἴνυτο*] Recte sic scripsit Dind. ex marg. Em. et V2.; nam *εἵλετο*, quod vulgo circumfertur, est glossema. M2. adeo *εἵλετο βροτῶν*. V. Hom. Il. IV, 531: *ἐκ δ' αἴνυτο θυμόν*. V, 155: *φίλον δ' ἐξαίνυτο θυμόν*.
V. 151. *δύμενος* V1.
V. 152. *περ ῥιν.* M2. *περὶ ῥινοῖο*, sed supra scripto — ρω — M3.
V. 153. *κελαινῇ*] *μελαίνῃ* Harl.
V. 155. *φόβος τ' — δεδήει*] Vit. *φόνος τε ἀνδρῶν ἀνδροκτασιάων*. Em. *φόνος τ' ἀνδρῶν ἀνδροκτασίη τε*. P2. *φόνος τε ἀνδρῶν ἀνδροκτασίη*. *φόνος* praeferunt Hermannus et Rankius.

V. 148. *δεινὴ ἔρις*] *δεινὴ Ἔρις* ab hoc loco alienum est, vel propter v. 156. Inepte etiam, ut hoc addam, dictum esset: *δεινὴ Ἔρις πεπότητο ἐπὶ βλοσυροῦ μετώπου*, quod quomodo poeta sibi cogitarit, non facile quispiam assequatur; nam quo minus interpretere: draconis cervici imminet Eris, ut voluit Heinrichius, impedit tam *μετώπου* vocabuli significatio, quam totius loci tenor. Igitur non erraveris, si ita interpretatus fueris: auf dem grimmigen Antlitz schwebt (ist ausgedrückt) Kampfwuth.

V. 151—153] Cf. Lehrs. l. l. p. 245 (436): „Die Verse 151—153 sind eine matte Effecthascherei, genau angesehen, nichts sagend.“ Ab omnibus versibus qui praecesserint alienos esse exposuit Deiters. p. 46; cum praesertim verba *χθόνα δύνουσ' Ἄϊδος εἴσω* insolenter coniungantur, verba *Σειρίου ἀζαλέοιο* construi nequeant.

V. 151. *τῶν*] ad *αὐτῶν* pertinens (v. 152), non est articulus, ut voluit Heinrichius, sed pronomen demonstrativum, ut in iis exemplis, quae protulit vir doctissimus, Il. VII, 170. XXI, 114; *αὐτῶν* oppositum est *τοῖς ὀστέοις*, aliter atque Il. I, 4.

V. 152. *περὶ ῥινοῖο σαπείσης*] *περί* coniunge cum *σαπείσης*. Eodem modo *ὀστέα* et *ῥινοί* coniunguntur ap. Apoll. Rh. Arg. II, 201: *ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον*. Cf. Valcken. Callim. eleg. fr. p. 27. Similiter Theocr. II, 89: *αὐτὰ δὲ λοιπὰ ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα*. Ceterum *ῥινός* femininum est apud recentiores epicos, ut Apoll. Rh. II, 58.

V. 154. *προΐωξίς τε παλίωξις τε*] Sic scribendum esse, non *Προΐωξίς τε Παλ.*, quia non belli numina personarum forma

ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ἐθύνεον, ἐν δ' ὀλοὴ Κὴρ
ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον,
ἄλλον τεθνηῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν.
εἷμα δ' ἔχ' ἀμφ' ὤμοισι δαφοινεὸν αἵματι φωτῶν,
δεινὸν δερκομένη καναχῇσί τε βεβρυχυῖα.
  ἐν δ' ὀφίων κεφαλαὶ δεινῶν ἔσαν, οὔτι φατειῶν,
δώδεκα, ταὶ φοβέεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων,
οἵτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷι φέροιεν·

V. 156—159 eiecerunt Pal. Fl.
V. 157. ἀούτατον V1.
V. 159. Vulgo δαφοίνεον. Sed recte M2. V1. V. Allg. Lehre vom Accent. p. 294.
V. 160. κανοχῇσί τε βεβριθυῖα M3., βεβρυχυῖαι V1. Vulgo βεβριθυῖα. Recepi lect. M2. V1., ut iam coniecerat Ruhnkenius.
V. 162. τοὶ βόσκονται, in marg. γρ. ταὶ φοβέεσκον M3. Schellersh.
V. 163. Hunc versum eiecerunt Pal. Fl.

praedita significentur, sed verae pugnae imago, monuit Deiters. p. 43.

V. 156—159. Hi versus a rhapsodo sublecti Homero Iliad. XVIII, 535—538. Sed propterea non sunt relegandi. Cf. Herm. l. l. p. 93. Nam de Eride bis memorata dictum est ad v. 148, et cur hic Κήρ, omnium personarum maxime terribilis, ferri non possit, non perspicitur. Nam personam vere affabre factam hic intellegi, non quasi epithetis describi horrendam medii clipei imaginem, quae Muelleri et Rankii sententia est, eo concludi potest, quod versus 160, nisi faciem personae cogites, inepte adiectus esset. Inprimis autem ἐθύνεον v. 156, pro quo apud Homerum legitur ὁμίλεον, argumento est, haec de industria addita esse a poeta nostro. Nam ἐθύνεον est vocabulum Hesiodeum. V. Cramer. Anecd. Oxon. I. p. 55. Similiter Deiters. l. l.: „Denique versus 156—159 prorsus hic sensum non haberent, nisi pugnae commemoratio praecessisset; quos cur ab alio poeta, quam qui 154—155 scripserit, profectos esse credamus, iustam causam desidero.“

V. 157 seq. His personis τεθνηκότος, νεουτάτου et ἀούτου tres pugnae sortes: letum, vulnus et captivitas, significantur. Maxime memorabilis est ἄουτος forma, etiam Homero l. l. usurpata. Nam analogum erat ἀνούτατος Il. IV, 540 vel ἀνούτητος, unde ἀνουτητί Il. XXII, 371, si ab οὐτάω derivandum erat. Cf. Flach. Digamma p. 9.

V. 160. Cf. Deiters l. l. not. 102: „Versum 160 suspectum habeo, qui primum in Homerico isto loco haud legitur, praeterea et argumenti ineptiis et scribendi generis molestia a caeteris abhorret. Ipsum adeo versum ab una manu haud esse confectum crediderim, sed verbis δεινὸν δερκομένη nescio unde adscriptis cetera postea addita ut versus efficeretur.“

V. 161—167. E Lehrsii sententia p. 249 (440) prolata prima imago duodecim serpentum, qui per totum clipeum dispersi κυά-

τῶν καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλεν, εὖτε μάχοιτο
Ἀμφιτρυωνιάδης, τὰ δὲ δαίετο θαυματὰ ἔργα.
στίγματα δ' ὣς ἐπέφαντο ἰδεῖν δεινοῖσι δράκουσι·
κυάνεοι κατὰ νῶτα, μελάνθησαν δὲ γένεια.
  ἐν δὲ συῶν ἀγέλαι χλούνων ἔσαν ἠδὲ λεόντων
ἐς σφέας δερκομένων, κοτεόντων θ' ἱεμένων τε.
τῶν καὶ ὁμιληδὸν στίχες ἤϊσαν· οὐδέ νυ τοίγε
οὐδέτεροι τρεέτην· φρῖσσόν γε μὲν αὐχένας ἄμφω.

V. 164. μάχετο V1.
V. 165. θαυματὰ] Hoc pro θωῦτὰ recepi cum Gaisf. et Dind. ex V2. Palat. Par. (ap. Ruhnk.) Neap., duobus Flor.; θαυμαστὰ P2. Med. duo alii Florr. ap. Lennep. Vit., θέσκελα unus Flor. ap. Lennep., ἐδέετο θαυμαστὰ M2., θαυμαστὰ etiam V1. — ϝέργα Fl.
V. 166 seq. στίγματα — κυάνεα] Male habet ultima vocis κυάνεα producta, quae Herm. ad Orph. p. 702. coniecerat στιγμαὶ — κυάνεαι, quod sustentatur Pal. Par. 2. Vit. M3. V1., qui habent κυάνεοι. Nunc autem recipiendum esse putat κυάνεοι, quae constructio propter δράκουσι mutata sit. Mihi simplicissimum videtur post δράκουσι interpungere, ut ad κυάνεοι suppleatur ἦσαν, ut v. 183. Nam istam mutatam constructionem non facile tuleris in tam arcte coniunctis vocabulis. — ϝιδεῖν Fl.
V. 169. M2. τ' ἱεμένων.
V. 170. ὁμιληδὸν] P2. V2. ὁμιλαδόν. — ἴσαν etiam V1. — τοίγε] Sic Par. pro τώγε vel τῶν γε (sic M2.), quod habent ceteri. Qui illud mutarunt, eos male habebat pluralis in τοίγε et οὐδέτεροι iunctus duali τρεέτην. ἴεσαν τῶν γε M3.
V. 171. οὐδέτεροι] P2. οὐδέτερον. M2. V1. οὐδ ἕτ. τρεείτην M3. Porro M2. φρένας ἄμφω.

νου πτύχας v. 143 implent κυανέοις νώτοις qui v. 167 memorantur.

V. 164. Haec Rankius ita interpretatus est, ut non de collisis ipsorum serpentum dentibus intellegeret, sed de dentibus pugnatorum, qui tremore colliderentur, cum Hercules in pugnam procederet. Hoc vero prorsus non patitur ratio verborum ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλεν et τὰ δὲ δαίετο ἔργα. Capita ista serpentum ita scuto infixa erant, ut thysanorum instar propendula moverentur cum scuto sublata et ultro citroque moto. Hinc effectus est stridor dentium collisis faucibus.

V. 165. δαίετο θαυματὰ ἔργα] Δαίετο, ardebant fulgore metalli. Heinr. θαυματά pro θαυμαστά, ut ἀγατός pro ἀγαστός, ἀδάματος pro ἀδάμαστος.

V. 166. ἐπέφαντο ἰδεῖν] V. Matth. Gr. §. 535.

V. 168—177] Altera imago aprorum leonumque pugnae, quam cum admodum frigida et ieiuna sit, non ab eodem poeta profectam esse, qui sequentem Lapitharum pugnam descripserit, suo iure conclusit Deiters. p. 17.

V. 168. χλούνων] Contractum esse videtur ex χελούνης, ut a χελών derivetur, quod apprime accommodatum apro est propter varronum incondita rostra, ut Lucilius ait.

V. 169. θ' ἱεμένων τε] V. adnot. crit. ad v. 65.

ἤδη γάρ σφιν ἔκειτο μέγας λῖς, ἀμφὶ δὲ κάπροι
δοιοί, [ἀπουράμενοι ψυχάς, κατὰ δέ σφι κελαινὸν
αἶμ' ἀπελείβετ' ἔραζ'· οἱ δ', αὐχένας ἐξεριπόντες,
κείατο] τεθνηῶτες ὑπὸ βλοσυροῖσι λέουσι.
τοὶ δ' ἔτι μᾶλλον ἐγειρέσθην, κοτέοντε μάχεσθαι,
ἀμφότεροι, χλοῦναί τε σύες χαροποί τε λέοντες.
ἐν δ' ἦν ὑσμίνη Λαπιθάων αἰχμητάων
Καινέα τ' ἀμφὶ ἄνακτα Δρύαντά τε Πειρίθοόν τε

V. 172. λῖς] V1. 2. M2. λίς. Sed v. Allg. Lehre v. Acc. p. 241. Recte λῖς M3.
V. 173. δυοί — ψυχᾶς M2.
V. 174. ἀπελίβετ' M2.
V. 176. ἐγειρέθην, sed supra ἀγ. M3. — κοτέον τε] Vit. κότεόν τε.
V. 178. ὑσμίνη μάχη Λ. V1.
V. 179. καὶ νέα V1. — Δρίαντα M2. — ϝάνακτα Fl.

V. 173. ἀπουράμενοι] Recte reflexivam medii significationem ita agnoscit Hermannus, ut ἀπουράμενοι etiam ad leones pertinere dicat, qui invicem se interfecerant. Paulo aliter Rankius: „qui sibi vitam eripuerant sc. pugnando prae reliquis, i. e. qui pugnantes vitam amiserant.“ Hoc autem admodum mire dictum foret neque valeret nisi de eo, qui ipse mortem sibi conscivisset. Idem Rankius οἱ δέ (v. 174.) oppositum esse putat αἵματι eodem versu, cum pateat οἱ δέ pertinere ad solos apros, σφί vero v. 173 tam ad leonem, quam ad apros. Melius autem Lehrsius versus 173—175 ita cognovit contrahendos esse, ut post v. 172 sequerentur verba δοιοὶ τεθνηῶτες ὑπὸ βλοσυροῖσι λέουσι, laudatus a Deiters. p. 16 not. 50. — De ἀπουράμενοι cf. Hartel. III, p. 26 seq.

V. 178—190. Tertia imago Lapitharum et Ceutaurorum pugnae, in qua imaginis certam cogitationem servari probare studebat Deiters. p. 12.

V. 178. Λαπιθάων] V. Boettiger. Griech. Vasengem. I, 3. p. 75. Müller. Orchom. p. 194 seq.

V. 179. Καινέα τ' ἀμφὶ ἄνακτα] Haec recte ita explicantur ab Heinrichio, ut omisso τῶν articulo ἀμφί periphrasin personae facere videri debeat pro Καινέως τ' ἄνακτος Δρύαντός τε κτἑ. Secutus est Deiters. p. 15 not. 48: „Vix moneatur oportet, quod pridem observavit Graevius, praepositione ἀμφὶ ipsas tantum personas significari notissimo dicendi genere.“ Ceterum cf. l. l. p. 13: „Ipsam autem quam Hesiodus descripsit imaginem praebet ingens amphora illa a Francoisio anno 1844 Clusii reperta, in cuius collo picti sunt Centauri arboribus lapidibusque adversus Lapithas scutis et ensibus armatos pugnantes; omnibus autem figuris nomina adscripta sunt, partim sane temporis iniuria oblitterata. Supersunt Centaurorum Ἄσβολος, Πετραῖος, Ἄγριος, Ὕλαιος, Πυρρός, Ὀρόβιος, Μελαγχαίτης, Lapitharum Θεσεύς, Ὅπλον, Καινεύς, Ἀντίμαχος, et fragmentum

Ὁπλέα τ' Ἐξάδιόν τε Φάληρόν τε Πρόλοχόν τε
Μόψον τ' Ἀμπυκίδην, Τιταρήσιον, ὄζον Ἄρηος,
Θησέα τ' Αἰγείδην, ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν·
ἀργύρεοι, χρύσεια περὶ χροῒ τεύχε' ἔχοντες.
Κένταυροι δ' ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἠγερέθοντο
ἀμφὶ μέγαν Πετραῖον ἰδ' Ἄσβολον οἰωνιστὴν
Ἄρκτον τ' Οὔρειόν τε μελαγχαίτην τε Μίμαντα

V. 181 seq. Pro his versibus Em. Μόμψον δ' Ἀργείδην ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν. V. 182 in Iliad. I, 265 migravit. V. Wolf. Proleg. p. XXVII.
V. 182. ἐπιϝείκελον Fl.
V. 183. Hic versus, quia deest in MS. M2. Voss. et Harl., pro spurio habetur a Ruhnkenio, Gaisfordio et Dind. Secuti sunt Schoem. Weis. Fl. — χρύσεα V1.
V. 184. Κένταυροι δ'] Em. Κένταυροί θ', M2. Κενταῦροι δ'.
V. 185. Πτεραῖον V1.
V. 186. Οὔρειον] V2. Θούριόν τε, M2. τ' οὔριον — μελεγχέτην, M3. θούρειόν τε, V1. θ' οὔριόν.

nominis ΑΡΥ, in quo Δρυὰς latere suspiceris; quorum quae sit cum Hesiodiis compluribus congruentia manifestum est.“

V. 181. Cf. Deiters. p. 15: „Est autem inter Lapitharum nomina quo facile careamus Mopsus Ampycides, qui ab antiquioribus in Argonautarum numero saepius profertur, inter Lapitharum nomina haud invenitur. (Lapitham eum Strabo nominat IX p. 443 et Ovidius Met. XII, 456, qui potuerunt hunc ipsum locum respicere). — Quem versum si postea adiectum habemus, restitutam accipimus et imaginis symmetriam, in qua octoni ab utraque parte sese aggrediantur, et ipsius descriptionis, ubi quinis de utrisque versibus exponatur.“

V. 33—39. Lehrsius: „Haec antecedentibus non cohaerere posse, iam supra §. 1 indicavimus: nec quidquam certius vel clarius est. Sed quomodo explicem non habeo: quidquid adhuc allatum est, probare non possum.“ — Contra Schoem. p. 18: „Hactenus igitur inde a v. 11 usque ad v. 39 nihil invenimus, quod non genuinum h. e. non ab ipso Hesiodo factum videri possit: nam etiam v. 25. 26 licet loco alieno positi, non tamen propterea ab Hesiodo abiudicandi erunt.“

V. 35. ἀλλ' αὖθι διακρινώμεθα νεῖκος] αὖθι non est denuo, ut volebat Mitscherlichius, non iterum ut malebant Schoemannus aliique, non extemplo, illico, quod placuit cum Hermanno etiam Goettlingio, sed hic, hoc loco, sive poëta intellexit hic = domo tua, sive hic, Ascrae vel Orchomeni, non alio in oppido. Cf. Apoll. lex. p. 47 αὖθι· ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ, et quae exposuit Steitz p. 32. V. anim. ad Oper. 635.

ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθ', ἄλλα τε πολλὰ
ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
δωροφάγους, οἳ τήνδε δίκην ἐθέλοντι δίκασσαν.

V. 37. ἄλλα τε] ἀλλὰ τὰ Guiet., Br., Gaisf., Boiss.
V. 39. ἐθέλοντι δίκασσαν] Sic restituit Schoem. pro ἐθέλουσι δικάσσαι codd. et edd.

V. 38. βασιλῆας] Sunt praesules aut nobiles populi Ascraei, ut apud Hom. Od. VIII, 40, 41. V. Mülleri Orchom. p. 187, quemadmodum etiam apud Aeschyl. Agam. 451 Ἀτρεῖδαι dicuntur πρόδικοι, ubi βασιλεῖς exspectavisses. Recte Steitz. p. 33 neque Ascram nec Thebas Hesiodi temporibus sub imperio regis fuisse docuit. Cf. Paus. IX, 5, 8; Strabo IX p. 392.

V. 39. τήνδε δίκην ἐθέλοντι δίκασσαν] Cf. Schoem. com. p. 17: „Goettlingius contra, quum interpretetur: „qui libenter iudicare solent (ἐθέλουσι δικάσσαι) talem de patrimonio litem,“ non modo τήνδε pro eo accipit quod dicendum fuit τοιήνδε, sed etiam δικάσσαι pro eo quod δικάζειν dici debuit. Nam si non de una quadam lite sed de universo quod quandoque inciderit genere litium diiudicando agitur, lex sermonis non aoristi infinitivum, rem semel factam aut faciendam indicantem, sed infinitivum actionis infectae (s. inf. praesentis) poscere videtur. Neque Theocriti locus, quem Goettl. in comparationem affert, VIII, 29 ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρῖναι, contrarium probat: nam ibi de unius quod tunc instabat certaminis iudicio sermo est. Infinitivum δικάσσαι nostro loco non aptum esse etiam Hermannus sensisse videtur, qui quum olim, in censura ed. Goettl. (op. VI p. 222) sic vertisset: „denen dieses Recht d. h. so ungerechtes zu sprechen beliebt,“ postea tamen in Annal. phil. XXI p. p. 128 hoc repudians δίκασσαν reponendum esse censuit, quod mihi quoque dudum in mentem venerat. Hac igitur certissima emendatione admissa iam ἐθέλουσι dativum participii esse apparet. Pluralem Hermannus de utroque litigante, Hesiodo eiusque fratre, intelligendum putavit, qui illos sibi iudices quasi ex compromisso cepissent. Id mihi minus probabile visum, malebamque pro plurali singularem ἐθέλοντι mutatione lenissima (nam saepissime has formas permutatas esse constat), sensu autem aptissimo. Nam Persae sane volenti fuit iniustum illud iudicium, Hesiodo contra ingratissimum. Hoc iudicium nunc τήνδε δίκην poeta dicit propterea, quod huius ope factum est, quod versu superiore queritur, ut Perses multa praeter ius et aequum sibi auferret.“

V. 40—41. Quod Lehrsius exposuit, ineptum esse, a regibus postulare, ut de malva et asphodelo viverent, eo refellitur, quod βασιλῆες non reges, sed nobiles esse dictum est. Nihilominus versus e conexu removendi sunt, de quo v Schoem. p. 18: „Utut est, si proximam partem usque ad v. 105 omnem eo pertinere viderimus, ut frugalitatis necessitas et unde haec hominibus iniuncta sit, exponatur, dubitare non poterimus, quin illi duo versus 40. 41 non

Νήπιοι, οὐδὲ ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός,
οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

V. 40. ϝίσασιν Fl. — V. 40 retinuit v. 41 eiecit Fl.
V. 41. μέγ' ὄνειαρ] Gramm. ap. Bachm. Anecd. I. p. 157 ἐν ὄνειαρ. Antea v. 40 οὐδ' ἴσασιν Vat. 2. A.

aliam ob causam inserti sint, quam ut transitus aliquis ad hanc expositionem fieri possit. Haec ipsa vero, si sic comparata est, ut veteri poetae a nullo, qui quidem mediocriter sapiat, tribui facile possit, consequens est, ut etiam duos illos versus non veteri poetae sed compositori potius tribuendos esse censeamus."

V. 40. ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός] Quantum praestet opibus frui non iniuste partis, quanquam exiguis. Sic Proclus et Schol. Ven. Il. IX, 160. Eodem proverbio usus est Pittacus ap. Diog. L. I, 4, 2, cum agrum Mytilenaei ipsi dedissent (paulo tamen aliter ap. Diod. Exc. Vat. VII, 21. p. 21. Dind.), idemque in suam rem convertit Ovid. Fast. V, 718: Quod tibi dat uni coelum partire duobus; dimidium toto munere maius erit. Alio modo usus est Aristotel. Eth. N. I, 7: δοκεῖ οὖν πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή.

V. 41. ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ] Malvarum foliis et asphodeli radicibus pauperes vescebantur, ut apud Aristoph. Plut. 543: σιτεῖσθαι δ' ἀντὶ μὲν ἄρτων μαλάχης πτόρθον. Lucian. de merced. cond. p. 683: καὶ οὕτως εἰς τὴν ἀτιμοτάτην γωνίαν ἐξωσθεὶς κατάκεισαι μάρτυς μόνον τῶν παραφερομένων, τὰ ὀστᾶ, εἰ ἀφίκοιτο μέχρι σοῦ, καθάπερ οἱ κύνες παρεσθίων ἢ τὸ σκληρὸν τῆς μαλάχης φύλλον, ᾧ τὰ ἄλλα συνειλοῦσιν. Horat. Od. I, 31, 16. Epod. II, 57. Plin. H. N. XXII, 22 huc pertinet: Asphodelon ab Hesiodo quidam alimon appellari existimavere, quod falsum arbitror. (V. fragm. 18). Cf. Ast. ad Plat. de Legg. p. 143. Mirum est igitur Pythagoram malvis vesci vetuisse, de quo v. Lobeck. Aglaoph. p. 897. Nam quod in heliotropicis malva habetur, non puto causam fuisse. Porro vere monuit Heinsius ἀσφοδελὸν λειμῶνα propterea mortuis tribuisse Homerum, quod defunctorum victus ab omni luxuria sit remotissimus. Sed alia praeterea causa est, quam nuper in Graecia peregrinanti ipsi mihi reperire contigit: in locis sepulchrorum maximam copiam asphodeli crescere. Quod inprimis in eo loco animadverti, quo — prope abest a Nauplio — magna Bavarorum caterva sepulta est. Suidas v. Ἀσφοδελός· σκιλλῶδες φυτόν, φύλλα ἔχον μακρὰ καὶ ἀνθέρικον ἐσθιόμενον· καὶ τὸ σπέρμα δὲ αὐτοῦ φρυγόμενον καὶ ἡ ῥίζα κοπτομένη μετὰ σύκων πλείστην ὄνησιν ἔχει. (Ex Theophr. Pl. VII, 11) Περσεφόνης καὶ Χθονίων ἱερόν. καὶ Ῥόδιοι τὴν Κόρην καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀσφοδέλῳ στέφουσι. προπαροξυτόνως δὲ ἀναγνωστέον· οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ· τὸν δὲ τόπον, ἐν ᾧ φύεται, ὀξυτονητέον. Et v. Θύμος. θύμος εὐτελὴς βοτάνη. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον φαγόντες· ἀντὶ τοῦ τῆς αὐτῆς πενίας μετασχόντες. — παρῴδηται δὴ ἐκ τοῦ Ἡσιόδου· οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ, ἀντὶ τοῦ· δίκαιοι τὰ εὐτελῆ ἐθέλον-

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.
ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
ὥστε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα·
αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο,
ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.

V. 43. ϝεργάσσαιο Fl.
V. 44. Herm.: ὥςτε κέ σ' vel ὥςτε καὶ εἰς ἕν. Fortasse ὥςτε σε κεἰς, id ut sit crasis pro καὶ εἰς. — ἀϝεργὸν Fl.
V. 45. Fort. αἶψά τε πηδάλιόν κεν. — μὲν abest a Vat. 2. — Schol. Aristoph. ad Ach. 278. ἔνθα κε; ad Av. 713. αὐτίκα π.
V. 46. ϝέργα — ταλαϝεργῶν Fl.

τες ἐσθίειν διὰ τὸ μὴ ἐθέλειν ἀδικεῖν· ἅμα δὲ καὶ τὸ τραχὺ τῆς γῆς διαβάλλει. Cf. Hieron. adv. Iov. II, 13. Gell. XVIII, 2. Ceterum animadvertas inscriptionem in vase antiquo (Coloni Atheniensium, ut videtur, facto) a Iac. Millingen publici iuris facto (v. Jahn. Telephus), cuius imaginem apud ipsum Florentiae vidi: Νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον, Κόλπῳ δ' Οἰδιπόδαν Λαΐου υἱὸν ἔχω.

V. 42—89. „Pandoramythus" Fl.

V. 42. κρύψαντες γὰρ] Haec ita inverterat Diogenes cynicus ap. Laert. VI, 44: ἐβόα πολλάκις λέγων τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτὸν ζητούντων μελίπηκτα καὶ μύρα καὶ τὰ παραπλήσια, et Polemo νόον ἀνθρώπ., habuitque in animo Vergilius Georg. I, 121: pater ipse colendi haud facilem esse viam voluit. Ceterum h. v. redit illuc, unde filum abruperat v. 24. Alia est Twesteni sententia, qui arbitratur v. 11—41. 200—324 unum carmen esse, adiectos videri v. 42—199. Certe v. 42—46 arcte coniunctos esse cum 11—24 satis patere puto. Quod cum hoc enuntiato non facile concinnari posse videtur v. 309: καί τ' ἐργαζόμενος πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν, explicatur eo, quod haec omnia sunt ethica proverbia, seorsum spectanda.

V. 42—49 a versibus sequentibus divellendos esse putabat Lehrsius p. 224.

V. 43. ῥηϊδίως γάρ κεν — ἐργάσσαιο] Supple εἰ μὴ ἔκρυψαν.

V. 44. ὥςτε σέ — ἔχειν] Thiersch. de Hes. p. 15 illud ὥςτε cum inf. recentioris aetatis esse putat, apud Homerum non legi. Sed ita Odyss. XVII, 21. Cf. Lehrs. de Arist. p. 158, et quae exposuit Schneider l. l. p. 33, qui etiam Theog. 831 in ὥστε praevalere vim consecutivam recte observavit. De particula κε ὥστε addita cf. Krüger. Gr. § 65, 3 A. 2.

V. 45. πηδάλιον ὑπὲρ καπνοῦ] Spohnius: „ne corrumpatur gubernaculum, ut 629." Recte quidem in universum. V. Vergil. Ge. I, 175: et suspensa focis exploret robora fumus. Sed hic alia significatio accedit: non amplius opus foret neque gubernaculo neque laboribus boum. Recte locum intellexit Mitscherlichius l. l. Passoviusque loci Homerici Odyss. XIX, 7 admonuit. — Aliter Proclus ad v. 629: σεσημείωται δὲ ὡς πρὸς τὸ ἄνω· (sc. v. 45) ἐκεῖ γὰρ κατακαῦσαι σημαίνει.

V. 46. ἔργα βοῶν] Odyss. X, 98 sunt agri culti.

ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε χολωσάμενος φρεσὶν ᾗσιν,
ὅττι μιν ἐξαπάτησε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης·
τοὔνεκ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
κρύψε δὲ πῦρ· τὸ μὲν αὖτις ἐῢς παῖς Ἰαπετοῖο
ἔκλεψ' ἀνθρώποισι Διὸς πάρα μητιόεντος
ἐν κοΐλῳ νάρθηκι, λαθὼν Δία τερπικέραυνον.
τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·

V. 47. φρεσὶ ϝῇσιν Fl.
V. 48. ἀγκυλομήτης] Al. ἀγκυλόμητις, ut Philemo p. 5. Osann.
V. 49. κήδεα] G. μήδεα.
V. 50. Pro αὖτις vulgo αὖθις. Ceterum quae inde ab hoc versu sequuntur a ceteris seiungenda esse Lehrsius putat l. l. Adversatus est Schoem. p. 14.
V. 51. Schol.: δῆλον δέ, ὡς προεκδέδοται ἡ Θεογονία· ἐκεῖ δὲ (l. γὰρ) πλείονα περὶ τοῦ Προμηθέως λέγει, ὡς ἠπάτησε τὸν Δία.
V. 53. τόν τε A.

V. 47—51. Haec ex ipso Hesiodo sunt explicanda, non ex Aeschylo, non ex Aesopi fabulis, quas commemoravit Mitscherl. Meconae (cf. adnot. ad Theog. 535) homines cum diis disceptabant, utrum melius esset carnem diis offerre in sacrificiis, an ossa cum omento (v. Voss. Epp. myth. II, 39). Tandem homines, Promethei astutia usi, Iovem ita deceperunt, ut ossa sibi inscius, ut videbatur, eligeret, carnem vero hominibus relinqueret. Hinc detecta hominum malignitate ignem subtraxit Iuppiter, quem ferula deinde inclusum Prometheus rapuit mortalibusque dono dedit. Hoc pactum mortalium cum diis de sacrificiis comparandum est cum simili fabula Numae et Iovis apud Arnobium V, 1. Secundum Hesiodum mortales iam ante noverant ignis usum, quod comprobatur tum sacrificio, quo ante usi erant, ut testis est Theogonia, tum particula αὖτις Oper. v. 50. Hominibus igitur, ut poenam luerent, Iuppiter Pandoram dedit, i. e. mulierum mores mutavit in peius, easque novaram rerum cupidas fecit, ut proterva sua levitate ac luxuria compensarent virorum industriam et ad altius enitendi studium. Nempe iam ante Pandoram Epimetheo datam genus muliebre erat (errat enim Pausan. de Hesiodo exponens I, 24), sed absque artibus illis (v. 64—66) a Minerva et Venere adiectis, quae simul cum magis exculto per Prometheum ingenio virorum effloruere. Nam ut virile genus Prometheus excoluit, ita muliebrem sexum Minerva cum Venere, idque magno virorum detrimento factam. Cf. Buttm. Mythol. I p. 48 seq. et Welcker. Tril. Aesch. p. 73 seq.

V. 51. ἔκλεψ'] Secundum auctorem hymn. Hom. III, 108. Mercurius simile quid invenit. Ceterum animadvertas scholion Procli: μῦθος· κλέψας ὁ Προμηθεὺς τὸ πῦρ εἰς πόλιν ἦλθεν Αἰτωλίαν' ἀφ' οὗ συνέβη τὴν πόλιν κληθῆναι Πυρηνίαν. Similiter in Theogonia Meconae mentio iniicitur.

V. 52. κοΐλῳ] De hac forma trisyllaba v. anim. ad v. 689.

Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς,
χαίρεις πῦρ κλέψας καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας,
σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι·
τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν ᾧ κεν ἅπαντες
τέρπωνται κατὰ θυμὸν ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.
Ὣς ἔφατ'· ἐκ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
[Ἥφαιστον δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν ὅ ττι τάχιστα
γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν

V. 54. κέρδεα εἰδώς Vat. 2. — μήδεα ϝειδώς Fl.
V. 55. χαίροις V1. — Postea pro ἠπεροπεύσας al. cum Vat. ὑπεροπεύσας, pauci ἠπερονεύσας.
V. 56. σοί τ' αὐτῷ] Apollon. de pron. p. 125: ὑπὸ Ἡσιόδου ἐν ἀρχῇ τεθεῖσα (ἡ σφίν) εὐλόγως ὠρθοτονήθη ἐν τρίτῳ, σφὶν δ' αὐτοῖς μέγα πῆμα. Gramm. ap. Cramer. Anecd. Oxon. I. p. 388: ἅπαξ δ' ὠρθοτονήθη παρ' Ἡσιόδῳ, ἐπεὶ καὶ προετάγη· σφίν τ' αὐτοῖς μέγα πῆμα. Hinc σφὶν δ' αὐτοὶς scripserant Spohn. et Dind., monente Schaefero. Similiter cum Steitz. p. 44 Fl. Sed nostrum locum non spectavit Apollonius. V. Fragm. 61. Haec est Goettlingii et Schoemanni sententia. Nuper fusius hunc locum tractavit Brugman. de probl. p. 44, qui apud Apollonium ἐν τρίτῳ non significare ἐν τρίτῳ προσώπῳ, sed ἐν τρίτῳ καταλόγῳ sc. tertium Catalogi librum, itaque apud Herodianum π. μον. λεξ. p. 42, 12 Ἡσ. ἐν τρίτῳ, p. 18, 22 Ἡσ. ἐν δευτέρῳ ad Catalogum pertinere, exposuit.
V. 57. σοὶ δ' ἐγώ Clemens Alex.
V. 58. ἑὸν] Proclus: μέμφονται δὲ τὸν Ἡσίοδον οἱ περὶ Ἀπολλώνιον, ὅτι ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο, ὁμοίως δὲ καὶ Καλλίμαχος αἰτιᾶται διὰ τὸ αὐτό. V. Apollon. de pron. p. 125, qui argutam adiecit rei interpretationem ὑπὲρ δὲ τοῦ Ἡσιοδείου οὕτω τινὲς ἐκδέχονται, τῆς ἀντὶ πυρὸς δοθείσης γυναικὸς τέρπονται ἑὸν ἕκαστος κακὸν ἀγαπῶντες. Sed cf. Brugman. l. l. p. 28. ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες arripuit Tryphiod. v. 138. Fortasse Hesiodum respexit Theocrit. Id. XIV, 36 ἐμὸν κακόν, οὔ τοι ἀρέσκω; τέρπονται V1. et Achilles Tat. I, 8. p. 14. Iacobs. — ἐϝὸν Fl.
V. 59. ἐκ δ' ἐτέλεσσε Origines.
V. 60. Schol. Pind. Nem. VI, 1. ἐκέλευε. Clemens Al. Strom. V. p. 255 Sylb. δὲ κέλευσε et paulo post καὶ νόον.

V. 56. σοί δ' αὐτῷ μέγα πῆμα] Homer. Il. III, 50: πατρί τε σῷ μέγα πῆμα — κατηφείην δὲ σοὶ αὐτῷ.

V. 60—68 ex alia profecto esse recensione ac v. 69—32 obtinuit Lehrsius.

V. 61. ὕδει] Choeroboscus ap. Bekk. Anecd. p. 1209: ἀπὸ τῆς ὕδας εὐθείας, ἐξ ἧς ἡ γενικὴ ὕδατος γίνεται ὕδος — ἔχομεν δὲ καὶ δοτικὴν διὰ τῆς ει διφθόγγου, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ· γαῖαν ὕδει φύρειν. Cf. etiam Proclum: τὸ δὲ ὕδει ἀπὸ τῆς ὕδος εὐθείας, ὡς βέλος, — γέγονε δὲ κατὰ μεταπλασμὸν ἀπὸ τῶν εἰς ας οὐδετέρων εἰς ος, ὕδας ὕδος, ὡς κῶας κῶος· κώεσιν ἐν μαλακοῖσιν.

καὶ σθένος, ἀθανάτοις δὲ θεοῖς εἰς ὦπα ἐΐσκειν
παρθενικῆς καλὸν εἶδος, ἐπήρατον· αὐτὰρ Ἀθήνην
ἔργα διδασκῆσαι, πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν·
καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσέην Ἀφροδίτην,
καὶ πόθον ἀργαλέον καὶ γυιοβόρους μελεδῶνας·
ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Ἑρμείαν ἤνωγε, διάκτορον Ἀργειφόντην.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἐπίθοντο Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι.]

V. 62. ἀθανάτοις δὲ θεοῖς] Sic Origines cum M5 m. I. Hinc corrigas Kinkelii collationem. V. Flach, Die beiden etc. p. 20. Vulgo ἀθανάταις δὲ θεαῖς. Al. cum A. ἀθανάτης θεῇς.
V. 63. παρθενικῆς] Al. codd. (ut V2. G.) παρθενικαῖς. Par. παρθενικῇσι. Scribendum fortasse καλὸν παρθένου εἶδος. Herm. Orph. p. 817. Sed cf. Digamma p. 34 et de correptione in καλός adnot. ad v. 752.
V. 64. διδασκῆσαι] Br. ex Orig. διδασκέμεναι. Sed v. Herm. ad Aristoph. Nubb. 1110.
V. 65. χρυσῆν Par.
V. 66. γυιοβόρους] Sic V1. coniec. H. Stephanus, recep. Schoem. Fl., iudicium secuti Ruhnkenii ep. crit. I p. 136 et Dindorfii. γυιοκόρους codd. et edd. γυιοκόνους Eustath. p. 1715, 53. — γυιοβόρους sustentari videtur imitatione Nonni Dionys. XLVII, 53 θυμοβόροι μεληδόνες.
V. 67 seq. uncinis inclusit Bentl., qui ἐπίκλοπα ἤθη corrigit.
V. 68. Ἑρμείην V2. Par.

V. 64. διδασκῆσαι] Cf. Eustath. p. 1715, 53 καὶ Ἡσίοδος οἶδε διδασκῶ, διδασκήσω περισπωμένως.

V. 69. Lehrsius l. l. p. 227: Ceterum auctor horum versuum 69—82 non videtur ex antiquissimis esse. Non saepe fit, ut ex imitationibus aliquid concludi possit. Nam partim Homericae imitationes ubique incurrunt: partim quae in Hesiodeis saepius leguntur eiusmodi formulae sunt, quas huic familiae per conditorum imitationem mox in usum familiarem venisse credibile est. Sunt aliae imitationes ita comparatae, ut unum alterum cognitum habuisse appareat, sed uter antiquior sit, non efficitur. Sic legimus hic v. 52 ἐν κοίλῳ νάρθηκι, v. 57 τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν: in ea narratione, quae in Theogonia legitur, item est ἐν κοίλῳ νάρθηκι v. 567, et 570 αὐτίκα δ' ἀντὶ πυρὸς τεῦξεν κακόν: et certe ἀντὶ πυρός ut significet „pro igne surrepto“ non duo excogitant: sed, ut dixi, uter ab utro sumserit, inde non intelligitur, tantum alterum ab altero sumsisse. At his paucis de quibus nunc verba facimus, versibus nimis multa sunt cum aliis convenientia, quam ut hos omnes hinc petisse, non hunc ab aliis credere possis. Primum tres primi versus ita conveniunt cum Theog. 571—573, ut posteriores duo prorsus iidem sint, primus paulum immutatus: αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸν Ἀμφιγυήεις, Theog. 571 γαίης γὰρ σύμπλασσε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις. Deinde ἐπίκλοπον ἦθος 78 est v. 67

αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον Κρονίδεω διὰ βουλάς·
ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
ἀμφὶ δέ οἱ Χάριτές τε θεαὶ καὶ πότνια Πειθὼ
ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ· ἀμφὶ δὲ τήνγε
Ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι·
[πάντα δέ οἱ χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη.]
ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος Ἀργειφόντης
ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
[τεῦξε Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου· ἐν δ' ἄρα φωνὴν]
θῆκε θεῶν κῆρυξ· ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα

V. 71. ϝίκελον Fl.
V. 73. ϝοι Fl.
V. 74. τήνδε Orig. Vat. 2. et postea (v. 75.) καλλιπλόκαμοι. Ante χροΐ Vat. 2. περὶ habet.
V. 75. ἄνθεσι ϝειαρινοῖσι Fl. — στέφον ἄνθεα ϝειαρινοῖσι coni. Scheer.
V. 76. uncinis inclusit Bentl. — Secuti sunt Lehrs. Pal. Steitz. Schoem. Koechl. Fl.
V. 77. στήθεσσι] Gal. στήθεσφι. — διάκτωρα Ἀ. V1. — ϝοι Fl.
V. 78. Propter violatum digamma voc. ἦθος e v. 789 κρυφίους τ' ὀαρισμοὺς restituit Fl.
V. 79. spurius sec. Heyn. Il. XVIII, 419, Vollbehr. p. 33, Pal. Steitz. Koechl. Fl. Monuerat iam Proclus.
V. 80. Pro δὲ τήνδε γυναῖκα primo a poeta dictum fuisse δ' ἄρ' αὐτήν putabat Herm.

ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους infra in Diebus v. 791. Denique illa: ἀμφὶ δέ οἱ Χάριτες — in memoriam revocant illa ex Carminibus Cypriis (Athen. XV p. 682 D) εἵματα μὲν χροιῆς —.“

V. 79. ἐν δ' ἄρα φωνήν] Cf. Vollbehr. p. 32: „Proculus quidem (v. ad v. 61. 77. 79), cui recentioris aetatis viri docti assentire solent, Vulcani αὐδὴν et φωνὴν Mercurii dona interpretatus est diversa (veluti Goettl. ad v. 79, Caesar cens. Lehrs. in Zimmerm. ephem. 1837 p. 1015 fin. Weisk. Prom. p. 362. 383), ut αὐδή nihil sit nisi vox humana, φωνή vero dicendi suada. Sed quum orationis calliditatem ab Mercurio datam antea commemoravit poeta v. 78 (ψεύδεα θ' αἱμυλίους τε λόγους), tum eos verborum significatus, quos illi interpretes amplectuntur, exemplis neutiquam tueri possunt.“ — Itaque inepte Lennepius in adnot. ad h. v.: „Quod si diversas Vulcano et Mercurio attributas partes cogitamus, non erit, ut de significatione verborum αὐδὴν et φωνὴν multum ambigamus. Vulcanus opifex Pandorae tribuit τὰ τῆς φωνῆς ὄργανα. Mercurius, Deorum praeco, idemque eloquentiae praeses φωνὴν eloquium ei tribuit, disertam eam fecit.“

V. 80. ὀνόμηνε δὲ] Lehrsius p. 228 not. 9: „An ὀνόμηνε

Πανδώρην, ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες
δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ᾽ ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν.
αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον αἰπὺν ἀμήχανον ἐξετέλεσσεν,
εἰς Ἐπιμηθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν Ἀργειφόντην
δῶρον ἄγοντα, θεῶν ταχὺν ἄγγελον· οὐδ᾽ Ἐπιμηθεὺς
ἐφράσαθ᾽, ὥς οἱ ἔειπε Προμηθεὺς μήποτε δῶρον
δέξασθαι πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ᾽ ἀποπέμπειν
ἐξοπίσω, μή πού τι κακὸν θνητοῖσι γένηται.
αὐτὰρ ὃ δεξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ᾽, ἐνόησε.

Πρώην μὲν ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ᾽ ἀνθρώπων

V. 82. *ἐδωρήσαντο* Orig.
V. 83. *ἐξετέλεσσαν*, sed supra scr. *εν* Vat. 2. *ἐξετέλεσσαν* Vossius in vers. Germ.
V. 85. *θεῶν, ταχὺν ἄγγελον* al.
V. 86. 87. Laudantur *μήποτε — ἀποπέμπειν* a Plut. de aud. poet. VII. p. 88. Hutten. — *Ϝοι — ἔϜειπε* Fl.
V. 88. *γένοιτο* Br.
V. 90. *πρώην μὲν*] Sic scribendum est cum Flor. XXXII, 2 et O. *πρὶν μὲν γὰρ* plur. codd. et edd. — *γὰρ* om. M5., additum est, ne metrum claudicet. *πρῶτον μὲν* vel *τὸ πρὶν μὲν* coni. Lehrs. *πρὶν μὲν* om. *γὰρ* et addito crucis signo Koechl.

δὲ τήνδε γυναῖκα ab initio significabat: nominavit autem hanc — Feminam?" Recte Steitz. p. 46 perspexit, propter v. 81—82 non Mercurium feminae nomen tribuere potuisse, sed ipsum Iovem, qua de causa, eiecto v. 79, non inscite coniecit *θῆκεν· ἀταρ Κρονίδης*.

V. 82. *ἀλφηστῇσιν*] V. adnot. ad Scut. 29.

V. 84. *πέμπε — δῶρον ἄγοντα*] Exspectabas *δῶρον ἄγειν*, ut Il. I, 338. 347 *σφῶϊν δὸς ἄγειν, δῶκε δ᾽ ἄγειν*. — Ceterum recte monuit Proclus: *στικτέον δὲ εἰς τὸ ἄγοντα, οὐ γὰρ πάντων τῶν θεῶν ἦν τὸ δῶρον, ἀλλὰ τοῦ Διός*. Hinc corrigenda est Koechl. interpunctio.

V. 90—105. Lehrsius p. 229: „Haec, quae sequuntur, quomodo intelligamus, iam indicavimus. Ipsam feminam maligne et dedita opera mala inclusa emittere voluisse, declarat v. 95, ubi de ipsa dicitur *ἀνθρώποισι δ᾽ ἐμήσατο κήδεα λυγρά*. Versus 98 (l. 99) *αἰγιόχου βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο*, quo nihil aptius fingi potest, si a quibusdam aberat, ab iis omissum puto, qui falsa implicata erant opinione, hic quoque Iovem hominibus aversum fingi. Unus offensioni est v. 105 *οὕτως οὔ τί πῃ ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι*, qui reliquae narrationi ita adversatur, ut eidem, quae hic veritatem adhuc praeclusit, praeiudicatae opinioni deberi putandus est: effictus est iste versus ex eo versu, quo in Theog. narratio de Pandora concluditur 613 *ὣς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον οὐδὲ παρελθεῖν*. Hoc igitur eiecto tota res egregie procedit. Nam de v. 93 dudum explorata res est." —

νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
νούσων τ᾽ ἀργαλέων, αἵτ᾽ ἀνδράσι κῆρας ἔδωκαν.
[αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.]
ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ᾽ ἀφελοῦσα

V. 91. Codd. quidam cum Vat. *ἄτερ κακῶν*, Br. *ἄτερθε κ.*
V. 92. *κῆρας*] *γῆρας* Vat. G. Schol.: *ἃς δὴ κῆρας ὀνομάζει καὶ αὐτὸς ὁ Ὅμηρος*. V. Il. VIII, 73.
V. 93. deest in M 5. Par. al. Adiectus est, ut monuere interpretes, ex Hom. Od. XIX, 360 ab eo librario, qui versu antecedente *γῆρας* scripserat; legitur enim in eodem codice, qui *γῆρας* habet, atque inde in alios quoque migravit. Delevit Br.
V. 94—164. laudantur a Plut. Consol. ad Apoll. T. VII p. 326. Hutten.

V. 90 — 105 „Unhesiodisches Fragment über Entstehung der Leiden" Fl.

V. 94. *πίθου μέγα πῶμ᾽ ἀφελοῦσα*] Simplicissima sententia videtur haec: Ut homines liberi essent a malis, haec omnia in magnum vas collecta atque inclusa in Epimethei domicilio Prometheus collocaverat. Quod, quanquam non dictum est expressis verbis, tamen facile supplebis factum esse pro studio Promethei erga mortales; docetur id etiam a Proclo, cui Tzetza adversatur, mortalium ineptissimus. Sed haec si fuit sententia, sine dubio huius rei antea ab Hesiodo mentio facienda erat post v. 92; nam pro versu 93 exspectabamus alium, ut hunc: *πάντα γὰρ εἰς πίθον εἶρξε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης*, nisi maior quaedam hic statuenda lacuna est, qualem indicavit Proclus: *φησὶν, ὅτι Προμηθεὺς τὸν τοῦ κακοῦ πίθον παρὰ τῶν Σατύρων* (Satyros etiam alibi commemoraverat Hesiodus: v. fragm. 127) *λαβὼν καὶ παραθέμενος τῷ Ἐπιμηθεῖ, παρήγγειλε τὴν Πανδώραν μὴ δέξασθαι*. Si nihil deest, quod mihi quidem parum probabile videtur, statuendum est Pandoram vas malorum plenum secum attulisse ex Iovis aedibus (Hom. Il. XXIV, 527) atque aperuisse de industria, cum ita Iuppiter iussisset. Huic sententiae faveret v. 99. Atque vasis operculum cum aperuisset Pandora, statim mala evolarunt omnia, excepta Spe, quae relicta est in vase, quod Pandora, perturbata rei novitate, operculum rursus, quanquam sero, imposuit. In quo illud nuper negotium facessivit Spohnio et Mitscherlichio, quod Spes, quae animos mortalium mirum in modum demulcere solet, simul cum malis istis arca inclusa asservatur. Sed hoc vereor ne magis e mente Christianorum quam antiquorum Graecorum diiudicaverint, quibus spes in malis habetur, etiam eam ob causam, quod homines decipiat atque vana pascat fiducia. Quod cum eo probetur, quod *ἐλπίς* etiam timorem rerum futurarum significat, tum inprimis declarat egregia Periclis, magni illius Anaxagorae auditoris, oratio apud Thucydidem II, 62: *ἐλπίδι ἧσσον πιστεύει (ἡ ξύνεσις), ἧς ἐν τῷ ἀπόρῳ ἡ ἰσχύς, γνώμῃ δὲ ἀπὸ τῶν παρόντων, ἧς βεβαιοτέρα ἡ πρόνοια*, coll. V, 103. Soph. Ai. 473: *οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτόν, ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται*. Antig. 615: *ἁ πολύπλαγκτος ἐλπὶς πολλοῖς*

ἐσκέδασ᾽· ἀνθρώποισι δ᾽ ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
μούνη δ᾽ αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισιν
ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
ἐξέπτη· πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο,
[αἰγιόχου βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο.]
ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ᾽ ἀνθρώπους ἀλάληται.
πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα·
νοῦσοι δ᾽ ἀνθρώποισιν ἐφ᾽ ἡμέρῃ ἠδ᾽ ἐπὶ νυκτὶ
αὐτόματοι φοιτῶσι κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι

V. 95. *μήδεα* G., *μήδετο* Plut., *κέρδεα* Vat. 2.

V. 96—108 ut subditicium de malorum origine fragmentum eiec. Fl.

V. 96. *δόμοισιν*] Seleucus *πίθοισι*.

V. 97. *ἔμιμνε*] Al. *ἔμεινε*, ut V2. Vat. Plut. Br. Male.

V. 98. *ἐπέλλαβε* Par.

V. 99. abest a quibusdam codd. Plut. l. l. Orig. Eiec. Gaisford. Dindorf. Koechl. defendit Lehrs. l. l.

V. 102. *ἐφ᾽ ἡμέρῃ*] Pauci *ἐφ᾽ ἦμερ᾽* vel *ἐφήμεροι*. V1. *ἐφημέριοι αἶδ᾽*. Sic etiam Plut. l. l., Vat. 2. *ἐφημέρι᾽ αἶδ᾽*. *ἐφ᾽ ἡμέρῃ αἳ δ᾽* Par. — *ἠδ᾽ ἐπὶ*] M5. Vat. *αἶδ᾽ ἐπί*.

μὲν ὄνασις ἀνδρῶν, πολλοῖς δ᾽ ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων. Qui spem in bonis habebant, totam fabulam ita inverterunt, ut Iovem dicerent bona omnia in unum vas collecta hominibus tradidisse. Hoc fecit Babrius ita, ut non immemor videatur loci Homerici (Il. XXIV, 527) fuisse. Mentionem Babrii fecit G. W. Müllerus Script. II. de de variis rebus gramm. p. 52. — Ceterum cf. Aristarchi interpretationem a Proclo nobis traditam: *πῶς* (sic Lehrsius, codd. *ὡς*) *φησιν, ἔμεινεν ἐν τῷ πίθῳ ἡ Ἐλπίς· ἔστι γὰρ τοῦτο ἐν ἀνθρώποις. τοῦτο δὲ καὶ Κόμανος ὁ ἀρχιοινοχόος τοῦ βασιλέως προὔτεινε. φησὶν οὖν Ἀρίσταρχος, ὅτι ἡ μὲν τῶν κακῶν ἔμεινεν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν, ὅθεν ἀκυρολογοῦμεν λέγοντες ἐλπίζειν κακά· ἡ γὰρ ἐλπὶς κακῶν, οὐ θεῶν* (Lehrsius: leg. videtur *οὐδ᾽ ἐξῄει*). *ὁ δ᾽ Ἡσίοδος ἀκύρως ἐπὶ κακῶν εἶπεν.*

Hoc scholion corruptelis obscuratum esse exposuit Waeschkius in Symbol. Philol. 1874 p. 164 seq., qui totum locum ita restituendum esse putavit: [*φησὶν οὖν Ἀρ. ὅτι*] *ἡ* [*μὲν*] *τῶν κακῶν ἔμεινεν* [*ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν*] *ὅθεν ἀκυρολογοῦμεν λέγοντες ἐλπίζειν κακά. ἡ γὰρ ἐλπὶς κακῶν οὐδ᾽ ἔστιν. ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀκύρως ἐπὶ κακῶν εἶπε.* itaque latine vertendum: Aristarchus malam spem in dolio remansisse dicit [bona vero effugit], qua de re non recte nos dicere mala sperare, nam malam spem nullam esse, Hesiodum vero improprie spem etiam malorum dixisse (sc. eam, quae in dolio remanserat). Nuper etiam Hoerschelmann. in Act. soc. Lips. IV p. 332 scholio operam navavit, errans in eo, quod Lehrsium *οὐδ᾽ ἔστι* proposuisse dicit. Rectius verba scholii perversa emendavit: *ἡ γὰρ ἐλπὶς κακῶν οὐ*[*κ ἔστιν, ἀλλ᾽ ἀγα*]*θῶν.*

σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς.
[οὕτως οὔτι πη ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι.]
[Εἰ δ᾽ ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω
εὖ καὶ ἐπισταμένως, (σὺ δ᾽ ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν).]

[ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ᾽ ἄνθρωποι.]

Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων

V. 104. *ἠθετημένος* sec. Proclum.

V. 105. *πη*] Sic M5. Vat. Vat. 2. V2. Par. Al. cum A. *που*. — Versus cum Lehrsio eiiciendus est.

V. 106. In litura est in uno codice ap. Lanz. — *θέλεις* G. MS. incert.

V. 108. *οὐχ ὁμόθεν* adscripsit Heyn. In V1. post *ἄνθρωποι* plene interpungitur.

V. 109—201. Narrationem de quinque hominum generibus

V. 104. *σιγῇ*] Schol.: *ἀθόρυβοι γὰρ παρέρχονται.*

V. 106—107. Schoem. com. p. 21: „Transitum faciunt ad sequentem de quinque aetatibus generis humani narrationem, sunt autem eiusmodi, ut a quolibet ad quodlibet aliud argumentum seu simile seu dissimile sic transiri potuerit.“ Itaque non dubium videtur, quin a concinnatore inserti sint. Recte Steitz. p. 51 consarcinatos eos esse docuit ex Il. X, 265. I, 297. IV, 39. Od. XX, 161. XXIII, 197 et al.

V. 107. *σὺ δ᾽ ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν*] Sic Lithic. 638.

V. 108. Lehrsius: „Hic versus aliunde desumptus, vel etiam (et hoc potius credemus) si postea ut coire videretur imperite mutatum putamus (poterat e g. esse *ἐξ ὁμόθεν* — Od. V, 477) proverbialis sententia hexametro uno absoluta huc intravit, quod de Hominum Origine in eo sermo est, et in proxime sequentibus. Qualia exempla nunc affatim novimus. Sententia si sola spectatur, ut decet, bona est: nam *ἓν ἀνδρῶν, ἓν θνατῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι.* Pind. Nem. VI, 1. Occurrit etiam locus Dionis Chrys. T. I. p. 550. hymn. Apoll. 336.“ Non adversantur Steitz. p. 51 et Schoem. l. l. p. 22: „Fieri facile potuit, ut versiculus hinc ab aliquo Op. et D. lectore ad marginem adscriberetur, unde perperam mox in textum illatus est.“ Ridicule defendere conatus est Vollbehr. p. 35: „Nam quidquid statueris de fide huius descriptionis aetatum mythica vel etiam historica, versu 111 *οἳ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ᾽ οὐρανῷ ἐμβασίλευεν* (cf. v. 191) satis comprobatur, antiquissimis diis aequales fictos esse primos mortales, deinde cum Iovis imperio ortas esse alias hominum gentes, ut recte poëta dixerit, se illustraturum esse: *ὡς ὁμόθεν κ. τ. λ.* Neque sagacius Goettl. v. 108 cum antecedentibus coniungit, Lennepius cum sequentibus. — De usu vocis *ὁμόθεν* cf. Valck. Diatr. p. 246, hymn. hom. IV, 135, Eurip. Iph. A. v. 501 seq.

V. 109—201. „Mythus von den Weltaltern“ Fl.

V. 109 seq. De quinque ae-

ἀθάνατοι ποίησαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.
οἳ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν·

ex quinque recensionibus (prima v. 109—126, altera v. 127—142, tertia v. 143—155, quarta v. 156—196, quinta non integra v. 197—201) commixtam esse ostendere conatus est Lehrs. l. l. p. 230 seq.

V. 111. Par. Vat. 2. ἐβασίλευεν. Non ab Hesiodo profectum esse hunc versum putabat Goettl., quia Saturnus nusquam in diis Olympicis haberetur. Sed cf. quae contra Goettlingium monuerunt Schoem. Theog. p. 227 et op. II p. 123. 342, Pal. in adnot. ad h. v. Cum Goettl. sentiunt Heyer. p. 25; Steitz. p. 66 seq. Ceterum v. 111—120 laudavit Diod. V, 66., v. 111. in mente habuit Schol. Ven. Il. I, 222.

tatibus Hesiodi disputaverunt Buttmannus Act. acad. lit. Berol. 1814. 15. p. 141 seq. (Cf. Buttm. Mythologum), C. F. Hermann. in Act. Phil. 1841 p. 62—72, Abh. p. 306 seq. Schoem. op. II p. 308 seq. et in ed. Aeschyli Prom. p. 123. Vollbehr p. 33—48. Bamberger in Mus. Rhen. a. 1842 p. 524 seq. Roth, Mythus von den Weltaltern, Tüb. 1860. Flach. System p. 46—58. In universum autem vides tres orbes maiores vel aetatum circuitus in se remeantium commemorasse Hesiodum, quorum primus ab aurea aetate deflectat ad aeneam, alter ab aetate heroum ad eam ipsam, qua vixit Hesiodus; sed tertium orbem (huiusque initium et aureae aetatis et heroum aevi simillimum) post suam ipsius aetatem secuturum non recte indicavit Hesiodus v. 175: ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι, eodemque modo Vergilium sensisse verba huius (Ecl. IV. init.) demonstrant, ubi Cumaeum carmen est Hesiodi carmen. Ita primum explicatur, qui fieri potuerit, ut post aeneam aetatem, omnium priorum deterrimam, heroum pia gens nasceretur; nam magnus ab integro seclorum nascitur ordo, novus autem hic ordo quodammodo respondet aureae aetati, ita tamen, ut etiam hic aliquantum degeneraverit natura humana; deinde intellegitur, cur optarit Hesiodus, ut non hac aetate viveret, qua vivit, sed aut priore aut ea, quae suam secutura est, quae, quanquam ipsa facile inferior heroicae aetatis virtutibus, tamen aliquanto melior erit ea, quae post secutura est. Aetates igitur horum orbium se excipientes sunt hae: aureum saeculum, innocentiae humanae tempus, quo dii cum hominibus vixerunt coniunctissime, homines post mortem facti sunt δαίμονες ἐπιχθόνιοι, φύλακες ἀνθρώπων; argenteum saeculum, desidiae humanae tempus, quo homines eo a diis defecerunt, quod, licet facinora nulla committerent, tamen inertia ignaviaque peccarunt; facti sunt post obitum δαίμονες quidem ὑποχθόνιοι, sed non additur curam eos aliquam habuisse hominum; aeneum saeculum, quo impietati hominum accedebant facinora; atque hi quidem postquam νώνυμνοι εἰς ἀΐδην migrarunt, primus orbis finitur. Sequitur secundus, cuius initium est aetas heroica, insignis quidem iustitia, sed bellicosa tamen. Finis huius orbis est Hesiodi aetas, quam ipsa Iustitia et Pudor ita relicturae sunt,

ὥςτε θεοὶ δ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος· οὐδέ τι δειλὸν
γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων·
θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα
τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
αὐτομάτη, πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
ἥσυχοι ἔργ' ἐνέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν,
[ἀφνειοὶ μήλοισι, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι.]

V. 112. ὡς δὲ θεοὶ ζώεσκον Br., Gaisf. ex Diod. Herm. Orph. p. 820.

V. 113. ἄτερ πόνων M5. Vat., ἄτερ γε π. Med., ἄτερθε Br. (et sic Vat. 2., sed θε eraso), ἄτερ πόνου Pseudo-Herodian. περὶ σχημ. p. 61.

V. 115. κακῶν ἔντοσθεν ἐόντες MS. Diod.

V. 116. ὡς] Par. Vat. 2. ὥςθ'.

V. 118. πολύν τε V1.

V. 119. ἔργ' ἐνέμοντο] Sic V1. M5. Vat. Par. Vulgo ἔργα νέμοντο. — ἥσυχα ἔργα scripsit Bentl. ἥσυχα Ϝέργ' Fl.

V. 120. Hic versus conservatus est a Diod. Sic V, 66.

ut ex malis homines obruituris nullum videatur refugium esse. Tertius denique orbis post Hesiodi aetatem secuturus est. Tota vero fabula facile explicatur ex antiqua persuasione de depravatione hominum. Prellerus vero (Demeter und Persephone p. 223) statuit gentes vere Graecas hic in animo habuisse Hesiodum, similemque sententiam diserte explicuit C. Fr. Hermannus. Mihi tamen recte vidisse Voelckerus (Mythologie des iapet. Geschlechts p. 250 seq.) discrimen, quod est inter nobilissimos heroicae aetatis homines, vere illius historicae, et homines insequentis aetatis longe inferiores, causam fuisse primariam, cur simile antecedentis temporis discrimen poetae excogitarent sibique fingerent; quemadmodum etiam patriarcharum et regum aetates, quae vere se exceperunt apud homines, ad deos retulerunt Graeci, Saturnique et Iovis regno expresserunt. Si quis autem quaerat, cur a metallis aetatibus tribus nomina indiderit Hesiodus, neque opus est cum Goettlingio Theogn. 452 allegante et metallorum robiginem afferente putare, tria metalla, quae hic nominentur, moribus singularum aetatum simillima esse, neque cum Prellero Myth. I p. 69, Bergkio Lit. Gr. I p. 947 in aurea aetate de splendore lucis vitaeque felicitate atque amoribus cogitare, in aetate argentea de opibus, divitiis, luxuria. Rem perspexit Schoem. op. II p. 316, laudatus a Roth. l. l. p. 11, poetam usum esse allegorico vetustarum fabularum modo, ut metallorum ordinem pro numeris usitatis: „das erste, zweite, dritte Geschlecht" adhibuerit.

V. 119. „Cum multis bonis rebus transigunt tranquilli" Lehrs. l. l. p. 233.

V. 120. ἀφνειοὶ μήλοισι] i. e. locupletes. Pecora aevo antiquissimo sunt pro divitiis,

αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς

Abest a codd. omnibus. Graevius aliique reiecerunt post 115. Sed aliunde depromptum esse probabile est.

V. 121. *ἐπεί κεν* MSS., Tzetza *ἐπεί κε*, *ἐπειδὴ* Plat. Cratyl. p. 397, *ἐπεὶ καὶ* Brunck. Serioris originis h. versus sec. Spohn. ei. Fl.

V. 122. Plato de rep. V. p. 469.: *οἳ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν, ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλ. μερόπων.* Cratyl. p. 397: *μοῖρ' ἐκάλυψεν, οἳ μὲν δαίμονες ἁ. ὑποχθόνιοι καλέονται, ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι.* Plut. de def. or. 39 *ἁγνοὶ ἐπιχθ. κτἑ.*

v. 163. et animadvers. ad Scut. 39. Post hunc versum Spohnius addiderat alios duos: *ξυναὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θόωκοι Ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις*, ex Origene contra Cels. IV, p. 216 ed. Spencer. et Schol. Arat. Phaen. 97, qui priorem habet. Secutus est Lehrs. Qu. epp. p. 233. Recepit etiam Vollbehr. Sed propter consensum codicum et scholiorum ex hoc carmine eos depromptos esse non probabile est, quanquam probabile esse exposuit etiam Schoem. com. p. 22. Dubitavit iam Goettl. Cf. Steitz. p. 62. Pal. not.

V. 122. Cf. v. 252 seq. Haec de geniis doctrina non est Graeca, sed ex oriente, ut videtur, petita, ignota saltem Homero, qui ita Odyss. XVII, 485: *καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶσι πόληας ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.* Quae negotia apud Homerum tribuuntur diis, eis apud Hesiodum *δαίμονες ἐπιχθόνιοι* funguntur, ab ipsis diis magnopere diversi. Menander (Meinekii fragm. poet. com. IV. p. 238.): *ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου ἀγαθός κτἑ.* Daemones Hesiodeos, immortales post vitam terrestrem transactam, dignitate sequuntur *μάκαρες θνητοὶ ὑποχθόνιοι*, qui non fruuntur immortalitate, sed genii sunt ad tempus, ut nymphae; tertium genus (*χάλκειον*) post mortem in Hadem sine honore descendit, ut ita gradus conspiciantur: *ἐν ᾅδῃ, ὑπὸ χθονὶ, ἐπὶ χθονί.* Ne putes vero *τοὺς ὑποχθονίους* esse malos genios, ut volebat Buttmannus cum Lanzio l. l. p. 161. Nam recte de hoc loco Plutarchus in libro de def. orac. 10: *Ἡσίοδος δὲ καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτος ἐξέθηκε τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη, θεούς, εἶτα δαίμονας πολλοὺς κἀγαθούς* (aeneum genus non durat ideoque non numeratur in geniis), *εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους, τῶν ἡμιθέων εἰς ἥρωας ἀποκριθέντων*, ubi genera aureum, argenteum et aeneum uno corpore *δαιμόνων πολλῶν κἀγαθῶν* comprehendit. Aliter de Is. et Os. 26. *Μάκαρες θνητοί* similes sunt Manibus, de quibus v. Müller. Etr. II. p. 95. Daemones mali *ἀλάστορες*) primum a Zaleuco (si modo verus est Zaleucus) memorantur apud Stobaeum Sentent. p. 279. Postea Thaletis doctrina simile quid videtur aperuisse, ut ab Athenagora ea traditur (leg. pro Christ. p. 8. H. St.): *πρῶτος Θαλῆς διαιρεῖ (ὡς οἱ τὰ ἐκείνου διαιροῦντες ἀκριβοῦντες μνημονεύουσιν) εἰς θεόν, εἰς δαίμονας, εἰς ἥρωας· ἀλλὰ θεὸν μὲν τὸν νοῦν τοῦ κόσμου*

ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
[οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,]
πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.
Δεύτερον αὖτε γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
ἀργύρεον ποίησαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον οὔτε νόημα.
[ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
ἐτρέφετ' ἀτάλλων, μέγα νήπιος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ·]

V. 124—126. uncinis inclusit Bentl., 124—125 ut male repetitos ex v. 254 seq. eiec. Koechl. Fl. Hic quidem ignorat eos etiam Proclus.

V. 126. citatur a Plut. de Is. et Osir. 26.

V. 130—131. uncinis inclusit Bentl. pro spuriis habuit Heyn. ad Il. XIII, 27, errore v. 131—132 notans, eiec. Fl. Multa in iis sunt, quae offendant: digamma violatum in *ᾧ*, *ἀλλ'* inepte repetitum, producta postrema in *ἔτεα*, quam defendit Rzach. Unts. p. 24. Sed conf. Digamma p. 38 et adn. ad Theog. 803.

V. 131. *ἀτάλλων*] Al. codd. *ἀττάλλων*.

εἰσάγει, δαίμονας δὲ οὐσίας ψυχικάς, καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, ἀγαθοὺς μὲν τὰς ἀγαθάς, κακοὺς δὲ τὰς φαύλας. Ab his longe diversus est Pindar. Fragm. 97: *ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπουράνιοι γαίᾳ πωτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν, εὐσεβέων δ' ἐπουράνιοι νάοισαι μολπαῖς μάκαρα μέγαν ἀείδοντ' ἐν ὕμνοις*, quae mysteriorum doctrinam sapiunt. Ceterum verba fere Hesiodea, non rem, quam Hesiodus docet, invenies apud Aeschyl. Pers. 628: *ἀλλὰ χθόνιοι δαίμονες ἁγνοί, Γῆ τε καὶ Ἑρμῆ.* Macrob. Somn. Sc. I, 9. antiquam versuum Hesiodeorum translationem Latinam servasse hanc: Indigetes divi fato summi Iovis hi sunt Quondam homines, modo cum superis humana tuentes, Largi ac munifici, ius regum nunc quoque nacti, animadvertit Klausenius Aeneas p. 1015.

V. 123. *φύλακες*] Inde sua deprompserunt Stoici. Cf. Diog. Laert. VII, 151 *φασὶ δὲ εἶναι καί τινας δαίμονας, ἀνθρώπων συμπάθειαν ἔχοντας, ἐπόπτας τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων.*

V. 126. *πλουτοδόται*] Ut Penates et Lares familiares Tuscorum, de quibus v. Müller. Etrusc. II. p. 87. — *γέρας βασιλήϊον*] Nempe tum ut servent ius et poenas exigant a peccantibus, tum ut regum instar liberalium bonarum rerum affluentiam hominibus procurent. Plutarch. de def. orac. 12 explicari hoc vocabulo *πλουτοδόται* adiectivum arbitratur.

V. 127. *χειρότερον*] De hoc comparativo v. adnot ad Scut. 51.

V. 129. *χρυσέῳ*] Alia synizesis in dativo *εῳ* exempla sunt *ἀργυρέῳ* Oper. 144 (codd. *ἀργυρῷ*), *δενδρέῳ* Oper. 583, *κηλέῳ* Theog. 865, *Ὀβριάρεῳ* Theog. 617, e quibus *ἀργυρέῳ* et *δενδρέῳ* ultimam syllabam ante sequentem vocalem corripiunt. V. Rzach. Dial. p. 375.

V. 131. *ἀτάλλων*] Hic sensu neutro, ut Il. XIII, 27. Soph.

ἀλλ' ὅτ' ἀνηβήσειε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες
ἀφραδίῃς· ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο
ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
ἤθελον, οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς,
ἣ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα. τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος, οὕνεκα τιμὰς
οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται,
δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.
Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων
χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργυρέῳ οὐδὲν ὁμοῖον,
ἐκ μελιᾶν, δεινόν τε καὶ ὄβριμον· οἷσιν Ἄρηος

V. 132. *ἀνηβήσειε*] Sic corr. Bergk. Phil. XVI p. 582. ὅτ' ἂν Goettl. Pal. cum nonnullis codd., ὅτ' ἄρ' Par. et al. codd., quod recep. Schoem. et Koechl.
V. 134. *ἀφραδίῃς*] Sic Vat. Vat. 2. Sed M5. ἀφραδίῃσιν, al. ἀφραδίαις, quod recep. Schoem. Fl. ἀφραδίῃδ' Par.
V. 137. ᾗ θέμις ἀνθρώποις κατὰ ἤθεα Bentl. — Ϝήθεα Fl.
V. 138. *χολούμενος*] Par. χολωσάμενος.
V. 139. Par. al. ἐδίδων, quod vereor ne magis congruat cum dialecto Hesiodi.
V. 141. *ὑποχθόνιοι*] Sic Proclus, M5. G. al. cum Bentl.; ἐπιχθόνιοι Tzetza, Vat. al. — MS. incert. θεοὶ καλέονται θνητοί. — φύλακες pro μάκαρες Proclum legisse ex eius scholio patet. φύλακες coni. Hagen. II, p. 20, defendit Steitz p. 67.
V. 142. inclusit Bentl.
V. 144. *ἀργυρέῳ*] Vulgo ἀργυρῷ. Corr. Spohn. ἀργύρῳ Moschop. V. ad v. 129.
V. 145. *ὄβριμον*] Cf. adnot. ad Theog. 140. M5. Vat. al.

Ai. 559; active legitur apud nostrum Theog. 480 (ἀτιτ.) et saepius apud Homerum. V. Werfer. Act. Mon. II. p. 134 seq.
V. 132. *ὅτ' ἀνηβήσειε*] quotiescunque quisque pubertatem assecutus est. Optativus est de re repetita.
V. 138. *ἔκρυψε*] V. Hom. Il. XVIII, 397: ἥ μ' ἐθέλησεν κρύψαι χωλὸν ἐόντα. Ἔκρυψε propterea dixit poeta, quod ὑποχθόνιοι sunt genii.
V. 142. *δεύτεροι*] dignitate inferiores.
V. 145. *ἐκ μελιᾶν*] Rem explicat Proclus: *Νυμφῶν, ἢ Δωρικῶς Μελιᾶν εἶπεν, ὅτι ἐκ τῶν ἐκγόνων* (Gaisf. ἀπογόνων)· *τοῦ Οὐρανοῦ*. Sed forte cum Gaisfordio οὐκ ante ἐκ τῶν inserendum erit, cum Tzetza Procli sententiam afferat ἀλλ' οὐκ ἐκ Νυμφῶν. Tzetzam se-

ἔργ' ἔμελε στονόεντα καὶ ὕβριες· οὐδέ τι σῖτον
ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν,
ἄπλητοι· μεγάλη δὲ βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.
τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι,
χαλκῷ δ' εἰργάζοντο· μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.
καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὕπο σφετέρῃσι δαμέντες

ὀμβριμον. Par. ὄβριμον. Haud inscite Anonymus apud Lennep. ἐκ μελέων δ. coniecit.
V. 146. *Ϝέργ'* Fl.
V. 148. *ἄπλητοι*] M5. G. Vat. al. ἄπλαστοι, al. ἄπλατοι. Cf. animadvers. ad Theog. 151. Postea pro δὲ Par. τε (at τ in ras.).
V. 149. Schol. Ven. Il. V, 502. — *στιβαροῖσι μέλεσσιν*] Al. στιβαροῖς μελέεσσιν.
V. 150. *τοῖς*] Par. al. τῶν. — A V1. τε abest. — Hunc et sequentem versum uncinis inclusit Bentl. — Transposuit versus Fl. hoc modo mutans: χαλκῷ Ϝεργάζοντο· μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος Καί σφιν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε Ϝοῖκοι.
V. 151. Schol. Ven. Il. XV, 713. — *εἰργάζοντο*] Al. ἐργάζοντο. Pro μέλας δ' οὐκ ἔσκε Philostr. vit. Apoll. p. 230. Ol. μέλας δ' ἀπέκειτο. Sed cf. Apoll. lex. s. χάλκεα et Lehrs. Quaest. ep. p. 234.

cutus cum Lennepio Schoemannus com. p. 24 interpretatur: „Quod autem e fraxinis hos homines a Iove factos esse dicit, meminisse debemus, non paucis inter veteres omne genus humanum ex his arboribus originem habere visum esse, qua de re dixi ad Theog. p. 116 seq. eamque originem ut his saltem aenei saeculi hominibus tribueret poëta sine dubio propterea permotus est, quod ex quo ligno hastae fabricari solebant, ex eodem etiam horum hominum hastatorum semperque hastis utentium corpora fuisse haud inepte dici poterant.“ Cf. etiam Verg. Aen. VIII, 315. Male Goettlingius interpunxerat ἐκ μελιᾶν δεινόν τε καὶ ὄμβριμον = timendum genus propter arma, coll. Soph. Trach. 668, laudatus a Rothio l. l. p. 11. Recte cod. Par. ἐκ μελιᾶν· δεινόν τε. Hic nymphas poetam alludere, quae Theog. 187 cum Erynibus et Gigantibus ut hominum generatores laudentur, ostendere studuit Fl. System p. 52 seq. De Dorico genetivo μελιᾶν cf. adnot. ad Theog. 41.
V. 146. *σῖτον*] Non contenti erant frugibus, sed carne etiam vescebantur.
V. 151. *εἰργάζοντο*] De hoc augmento, quod apud Homerum, ut videtur, non invenimus, cf. Curt. Verbum I p. 124 seq. Rzach. Dialekt p. 430.
V. 152. *χείρεσσιν ὕπο σφετέρῃσι δαμέντες*] Recte monuit Proclus in antiquissima fabula hanc gentem fluctibus Deucalionis interiisse. Apollod. I, 7, 2: ἐπεὶ δὲ ἀφανίσαι Ζεὺς τὸ χαλκοῦν γένος ἠθέλησεν, ὑποθεμένου Προμηθέως, Δευκαλίων τεκτηνάμενος λάρνακα καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνθέμενος εἰς

βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἀΐδαο,
νώνυμνοι· θάνατος δὲ καὶ ἐκπάγλους περ ἐόντας
εἷλε μέλας, λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
αὖτις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε, δικαιότερον καὶ ἄρειον,
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
ἡμίθεοι προτέρῃ γενεῇ κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνὴ
τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ, Καδμηΐδι γαίῃ,
ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο,
τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης
ἐς Τροίην ἀγαγὼν Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο.
ἔνθ' ἤτοι τοὺς μὲν θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψε·

V. 153. MS. incert. σκιεροῦ pro κρυεροῦ.
V. 154. νώνυμνοι] Sic Br. et Bentl. Vulgo νώνυμοι.
V. 157. αὖτις] Sic V1., al. αὖθις. — ἐπ' ἄλλο A.
V. 160. γενεῇ] Al. γενεᾷ.
V. 161. deest in uno Med. ap. Lanz. — πάντας μὲν scripsit Fl.
V. 162. Hunc versum spurium habet Heynius ad Il. XII, 23. Nescio an recte.
V. 166. τοὺς abest ab A.

ταύτην μετὰ Πύρρας εἰςέβη. Pyrrha autem est filia Epimethei cum Pandora.

V. 153. εὐρώεντα] vastum secundum Herm. ad Soph. Ai. 1146; sed horridum secundum Lobeck. p. 453; obscurum (ut vetustam formam vocabuli ἠερόεις) secundum Doederl. gloss. n. 7. Ahrens. Philol. VI p. 7.

V. 160. προτέρῃ γενεῇ] Aetate, quae quintam antecedit, qua nos vivimus. Ceterum cf. Hom. Il. XII, 23, quem locum laudavit Hermannus.

V. 163. μήλων ἕνεκ'] V. 120. Noli mirari ποιμένας λαῶν inprimis gaudere gregibus, qui sunt pro opibus omnigenis.

V. 165. Cum ἀγαγών non habere videretur, unde penderet, Herm. hic versum deesse statuit hunc: Ἑλλάδι κῦδος ἔθηκεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων, Lehrsius Quaest. epp. p. 235 dubitanter hunc: τιννυμένους μέγα ἔργον ἀπώλεσε θυμὸς ἀγήνωρ, Vollbehr. p. 43 versus proposuit: — Ἑλένης πόσις ἠυκόμοιο (v. 165) ὤλεσε μαρναμένους Τρώων ἐν πίονι δήμῳ. Simplicius esse videtur πόλεμον intellegere cum Moschopulo ap. Gaisf. p. 132, cui assentiuntur etiam Schoem. et Lennepius.

V. 166. τοὺς μὲν] Sagaciter exposuit Steitz. p. 68, e sententia Goettlingii, Schoem. et al., τοὺς μὲν v. 161 non ad omnes heroes quartae aetatis referendum esse, sed tantum ad maiorem eorum partem, eandemque partem, quae v. 162 et 164 iterum divisa sit, v. 166 denuo afferatur, oppositaque sit minori heroum parti, v. 167 vocabulis τοῖς δὲ a poëta introductae. V. 166—167 ad omnes heroes reiecerunt Buttmannus, Nitschius aliique, Moschopuli sententiam l. l. expositam secuti.

τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας
Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης,
[τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων· τοῖσιν Κρόνος ἐμβασιλεύει.]
καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
ἐν μακάρων νήσοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
ὄλβιοι ἥρωες, τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι

V. 167. Ϝήθε' Fl.
V. 169. Hic versus abest M5. Par. al. Agnoscitur tamen a Zenobio Prov. Cent. III, 86. Hunc et v. sequentes (sc. 170—173) a quibusdam eiectos esse ut ineptos Proclus dicit. Versum 169 pro spurio habent Heyer. p. 25. Steitz p. 69 Schoem. com. p. 26, eiec. omnes edit. recentiores. ἐμβασιλεύει corr. Buttmannus, codd. ἐμβασίλευε, quod placuit Lennepio.
V. 173. τρὶς ἔτεος] Sic M5. Par., τρὶς τοῦ ἔτους V2. G. al. — τρὶς Ϝέτεος Fl.
V. 174. ὤφελλον Gramm. ap. Cramer. Anecd. Oxon. III. p. 221.

V. 170—173 secundum Procli athetesin obelo notavit Koechl.

